

50 DECLAMATIONES 05

duodecim pro dominicis post pascha,

ab Pentecostem inclusive.

R 12339

AUTORE FRATRE ILLE-

fenso ab Oraxca, ordinis, & insti-

turi Eremitarum beati

Augustini.

ACCESSIT ET ALIA DECLAMA-

tio, in festo gloriose Monice, matris diui;

doctoris egregij Augustini.



BIBLIOTECA  
UNIVERSITARIA  
DE  
GRANADA

*Relembre  
cia de con  
de ist  
1. Aug  
de granada*

CUM PRIVILEGIO.

COMPLVTI.

Excudebat Andreas de Angulo.

Anno, 1571.

De Don Diego De Borra Branca

de Bobisco de los charcos.



1386



SO DECLAMATIONES OS  
duodecim, pro dominicis post pascha,  
vlq; ad Pentecostem inclusiue. R 12339

AUTORE FRATRE ILLE-  
fonso ab Orozco, ordinis, & insti-  
tuti Eremitarum beati  
Augustini.

ACCESSIT ET ALIA DECLAMA-  
tio, in festo gloriosæ Monicæ, matris diui-  
doctoris egregij Augustini.



BIBLIOTECA  
UNIVERSITARIA  
DE  
CANTABRIGIA



A

Delectatione  
aria de lon  
w<sup>ro</sup> J. P.

J. Aug<sup>us</sup> CVM PRIVILEGIO.  
de Samaneda COMPLVTI.

Excudebat Andreas de Angulo.  
Anno, 1571.

De Don Diego De Zambrana  
Arzobispo de los charcos.



**Y**O Iuan Fernandez de Herrera, secretario del consejo de su. M. doy fe q̄ auiedo se visto por los señores del, vn libro que con su licencia hizo imprimir fray Alóso de Orozco, de la orden de sant Augustin intitulado, Dominicas de entre pasqua y pasqua en latin, le rassarón a tres reales y medio en papel, con que no se venda, sin que se ponga al principio de cada vno de los libros de la dicha impressiõ esta fe de rassa. Fecha en Madrid, a cinco de Hebrero, de mil y quinientos y setenta y vn años.

**Iuan Fernandez de Herrera.**

EL REY.



**R**O quanto por parte de vos fray Alonso de Orozco de la orden de san Augustin, nos fue fecha relacion diziendo que vos auia des compuesto vn libro en latin intitulado de los euangelios de entre pasqua y pasqua de pentecostes, q̄ era muy vtil y prouechoso y de sancta doctrina, y nos pedistes y suplicastes vos mãdãsemos dar licencia para le poder imprimir y vender en estos reynos, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo. Y como en el dicho libro se hizo la diligencia q̄ la pragmatica por nos agora nueuamẽte fecha dispone. Fue acordado que deuiamos mãdar dar esta nra cedula en la dicha razon, y nos touimos lo por biẽ. Por lo qual vos damos licencia y facultad a vos el dicho fray Alonso de Orozco, para q̄ vos o la persona q̄ vno poder especial para ello ouiere y no otra alguna podays hazer imprimir y veder el dicho libro de que de susõ se haze menciõ en estos nros reynos y señorios por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes que se quentẽ desde el dia de la fecha desta nra cedula en adelante. So pena q̄ qualquier persona o personas q̄ sin tener para ello vno poder lo imprimierẽ, o vendierẽ,

o hizieren imprimir o véder, pierdá toda la  
 impresiõ que hizierẽ y uendierẽ, y los mol-  
 des y aparejos della: y mas incurrá en pena  
 de cinquẽta mil mrs por cada vez q lo con-  
 trario hizierẽ: laqual dicha pena sea la tercia  
 parte para el q lo acusare, y la otra tercia par-  
 te para el juez q lo sentẽciare, y la otra tercia  
 parte para nra camara y fisco, cõ tanto q to-  
 das las vezes q lo ouieredes de hazer impri-  
 mir durãte el tiẽpo de los dichos diez años,  
 lo traygays al nro cõsejo, jutamente con el  
 original q en el fue visto, q vã rubricadas las  
 hojas, y firmado al fin de Iuan Fernãdez de  
 Herrera nro escriuano de camara, de los q  
 residen en el nro cõsejo, para que se vea si la  
 dicha impresiõ esta cõforme a el, y se os de  
 licencia para lo poder vender, tasãdo en el  
 nro cõsejo el precio a que se ouiere de ven-  
 der cada volumẽ: so pena de caer e incurrir  
 en las penas contenidas en la dicha prema-  
 tica y leyes de nros reynos. Y mãdamos a los  
 del nro cõsejo, y a otras qualesquier justici-  
 as destos nros reynos y señorios, que guar-  
 den cõplan y executen, y hagan guardar cõ-  
 plir y executar esta nra cedula y lo en ella cõ-  
 tenido. Fecha en Madrid a. 4. dias del mes  
 de Setiembre, de. 1570.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Erasso.

Prologus ad pium le-  
 ctorem.



NON me clam est  
 catholice Lector,  
 quãtũ laboris, quã-  
 tũq; sollicitudinĩs,  
 mihi excitauerim

vbi euangelia dominicarum to-  
 tius anni explanare pro modulo  
 meo, meis viribus diffusus, sed ma-  
 gnificẽtiẽ Dei filius, cõperim. Equi-  
 dem opis nostrã nõ est, nec vires  
 humanã ad sacre scripturã subli-  
 mia misteria per scrutanda, expli-  
 candaũe suppetũt. Nonne profun-  
 dus Oceanus ipsa est, in cuius se-  
 cretis enucleãdis, doctores sancti  
 plurimũ insudationis, necnõ, diu-  
 noctuq; vigilantes, multum tem-

Sacra  
 scriptura  
 alter O-  
 ceanus.

Prologus

poris, flammigeris precationibus  
vacantes insumpserunt? Quādo-  
quidem extat verissima Apostoli  
Pauli sententia, nos omnes nostrae  
fragilitatis admonens. Nemo po-  
1. Co. 12. test dicere dominus Iesus, nisi in  
Spiritu sancto. Et rursus alibi ait.  
1. Co. 3. omnis sufficientia nostra ex Deo  
est. Cum ergo res ita habeat, tantū  
abest, ut quis quālibet sagaci pol-  
leat ingenio, Maronis, aut Tullij  
eloquentia præfulgeat, verba sum-  
mi numinis tot sacramentis refer-  
ta, peculiari virtute, & suo pte in-  
genio indagare, & referare queat.  
Hæc nissallor, attinet, quod salua-  
tor noster ore suo sacro deprōpsit,  
ne forsitan in re tam seria, & suapte  
natura cunctis, ni cecutiant nota  
quisquā

ad pium Lectorem.

quisquam ignorantiam pretexe-  
re audeat. Vobis datum est nosse  
mysterium regni Dei, inquit rex  
regum Christus Iesus, cæteris au-  
tem in parabolis. Cur ita domine  
qui vis omnes saluos fieri, & ad  
agnitionem veritatis peruenire?  
Nempe alti Dei consilio id gestū  
est, ne videntes videant, & audien-  
tes non intelligant. Quod mul-  
tis retro seculis eximius prophe-  
ta Esaias vaticinatus fuerat. Mira-  
res satisque miranda, tumidis, &  
mundi sapientibus, semper ob-  
insignem suam arrogātiā sacra-  
misteria abscondita fuere, & vice-  
versa, paruulis & humilibus reue-  
lata sunt, quæ ad Dei regnum ca-  
pessendum, Deus optimus maxi-

Matt. 13.  
Mar. 4.  
Lucc. 8.

Prologus

musque dignatus est loqui. Eas ob res plane exultans in Spiritu sancto Christus inexhaustas gratias celesti patri sponte egit. Veluti fusius sanctus Matthæus nobis enarrat.

Matth. 11.

Ceterum, quâquam apostoli & discipuli domini scientiam, & sacrarum literarum sensum cælitus acceperint, quando sacrosancto die pētecostes Spiritu sancto afflati, atque repleti, varijs linguis magnalia Dei personabant, in trepidi & quouis timore sublato, nihilominus nihil prohibet, quominus sacri ecclesiæ Romanæ doctores, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, ceterique omnes, ingenti labore, solerti que studio

Acto. 2.

ad pium Lectorem.

studio, in exponendis sacris scripturis vigilarint. Quorū dogmata, infelices heretici, quam longissime à se ablegantes, in tot, & tam atrocia precipitia dilapsi sunt. Temere pluris faciētes sua letalia cōmenta, quam sanctorum patrum antiqua decreta. Quâ ob causam tot hæresibus, tot scandalis, ac dissidijs vndique premimur. At contra sanctorum dicta ego maximi faciens, vti ius erat, illorum sententijs nusquam nō vsus sum, in quorum libris euoluendis, non nihil curæ mihi fuit, ceu libri ipsi, quos domino opitulante dictaui, pre se ferunt. Haud dubio, regalis institutio, quam regi nostro Philippo ante hac dicaui, certamen bonū, dir.

Heretici

Libr. 4.  
quos autor edidit.

## Prologus.

declamationes in omneis deipare  
virginis Mariæ solēnitates, liber  
de aduentu domini vsque ad se-  
ptuagesimā, declamationes qua-  
dragesimales, adeo doctorū sen-  
tentijs abundant, vt prudens le-  
ctor facile agnoscat, me illorum  
vestigia, pro virili mea sectatum  
fuisse.

¶ Nunc verò par erat ultra progre-  
di, & euangelia dominicarū, quip-  
pe quæ post pascha in sancta Ro-  
mana ecclesia leguntur rimari.  
Ideo à dominica secunda post pas-  
cha incipiens, vsque ad penteco-  
stem inclusiue, ad amulsim cūcta  
euangelia prosequutus sum. Reli-  
quum est candidè lector, vt lucu-  
brationes hæc non spernas. Imò  
bene-

## ad pium Lectorem.

beneuolentia solita illas suscipias  
nam summo suffragante numine  
dominicas post pentecostē vsque  
ad aduentum, alius liber contine-  
bit. Post hac denique, vt librū hūc  
eo effectū, quo à me conscriptus  
est, quotquot eum legerint acci-  
pian, toto pectore oro, & supplici-  
ter Christū Iesum obsecro, meas  
lucubrationes, quales quales ipsæ  
sunt, vultu Hilari respiciat, & ad  
animarum salutē ipse misericor-  
diæ parens dirigat. Et quam bene  
vale sapiens lector.

Cuncta sacrosanctæ ecclesiæ Ro-  
manæ censuræ, lubens  
submitto.

Tabula huius libri.

<b>D</b> ominicæ primæ, post pascha, declamatio prima. folio.	1
Dominicæ secundæ, declamatio secunda. fo.	28
Dominicæ tertię, declamatio ter tia. fo.	48
Dominicæ quartę, declamatio quarta. fo.	68
Dominicæ quintę, declamatio quinta. fo.	80
In letanijs declamatio sexta. fo.	106
In letanijs, declamatio septima in qua oratio dominica examuf sim exponitur. fo.	123
In festo Ascensionis, declamatio octaua. fo.	160
Infra octauas Ascensionis, decla matio nona. fo.	196

Tauble.

In festo Pentecostes, declamatio decima. fo.	216
In eodem festo, declamatio vnde cima, in qua historia festiui tatis exponitur. fo.	240
Ferię tertię pentecostes, declama tio duodecima, fo.	270
In festo sanctę Monicę, quod quarta die Maij celebratur, de clamatio terdecima. fo.	278

Finis Tabule.



Errata de las declamaciones.

En el prologo fol. 2. col. 1. lin. 9. audientes, audictes,  
y fol. 4. col. 1. lin. 6. offectu, affectu. fol. 1. col. 2. lin.  
15. dulcetissi, dilectissimi. fol. 2. col. 2. lin. 15. mesere,  
misere. fol. 4. col. 1. lin. 20. veniens &, veniens ve-  
nitet, y col. 2. lin. vlti. jerdanem, jordaní fol. 5. col.  
1. lin. penul. perromontes, perrorantes. fol. 8 col.  
1. lin. 21. ex. est. fol. 46. col. 2. lin. 8. ab, ad. fol. 59. col.  
2. lin. vlti. vt vt quite el vno. fol. 62. col. 2. lin. 20. ra-  
darguit. redarguit. fol. 69. col. 2. li. 7. eloquutio, elo-  
quutio. fol. 72. col. 1. lin. 20. loquuntur, loquuntur. fol.  
75. col. 1. lin. 7. loquuti, loquuti, fol. 81. col. 1. lin. pen.  
aposto, apostol. & col. 2. li. 3. sequitur, sequitur, & li.  
15. loquutus, loquutus fol. 84. co. 1. li. 17. loquuntur, lo-  
quuntur fol. 85. co. 2. li. 2. loquuntur, loquuntur, fo. 96.  
col. 2. li. 3. loquutiũ, loquutus fol. 100 co. 1. li. 4. lo-  
quuntur, loquuntur, fol. 101. col. 1. lin. 13. loquuntur,  
loquuntur, fol. 107. col. 2. li. 1. amnibus, omnibus & de  
lectibra oposita in fine colune precedentis. fol. 119.  
col. 2. li. 4. persecutorẽ, persecutorẽ. fol. 123. col.  
1. lin. 9. loquuntur, loquuntur, fol. 125. co. 2. lin. 9. dedit,  
dedit. fol. 133. col. 1. li. 4. trias trinitas. fol. 134. col. 2.  
lin. 4. loquutus, loquutus, fol. 136. col. 1. lin. 17. sequun-  
tur sequitur. fol. 158. col. 1. lin. 11. loquutus loquutus &  
iden lege. fol. 166. col. 1. li. pen. fo. 174. col. 1. li. 8. lo-  
quuntur, loquuntur, fol. 175. col. 1. li. 19. loquutus lo-  
quutus & idẽ lege, col. 2. lin. 21. & fol. 182. col. 2. li. 14.  
fol. 184. col. 1. lin. vlt, sequuntur, sequuntur. fol. 189.  
col. 1. lin. 19. sequutoros, sequutoros, fol. 199. col. 1. li.  
21. loquutus, loquutus fol. 203. col. 2. li. 4. singillatim  
sigillatim. fol. 205. col. 3. lin. 23. persequuti persequi  
& idem lege. fol. 206. col. 1. li. 12. & ibi col. 2. lin. 7.  
psequutores psequutores, fol. 114, col. 2. lin. 17. per

sequutio, persequio. fol. 229. col. 2. lin. 14. merito-  
rũ, meritoriuũ. fol. 234. col. 2. li. 19. Eleemosinis, Ele-  
mosynis. fol. 248. co. 1. li. 12. baptizabimi, baptizabi-  
mini. fol. 252. co. 1. li. 14. eleemosinis, elemosias, fol.  
255. col. 1. lin. 21. profequutus, profequutus. fol. 265.  
col. 2. lin. 19. admirabaturem dictes, admirabantur  
dicentes. fol. 184. col. 1. lin. 4. Eleemosinam, Elemo-  
synam. fol. 187. col. 1. li. 22. elcemosine, elemosync,  
fol. 398. col. 2. lin. 15. apostorum, apostolorum, fol.  
301. col. 2. lin. 15. eleemosinas, elemosynas.

Po. i.


DOMINICAE PRIMAE  
post Pascha.

Declamatio prima.



RABAT, & toris medullis sui cordis regalis Citharedus summū numē precabatur, fratres charissimi, & instar ouiculę errabundę, ingemiscens aiebat. Erraui, sicut ouis quę perijt, quere seruum tuum domine. Perinde dicat. Sæpè sapius piētissimè Deus, à via veritatis declinando, veluti ouis perdita, absq; pastore fui, & dum miser ipse longius à te recessi procul à recta via aberrauī. Eā ob rem, sponte redire, vnde digressus sum non valeo. Atqui tu domine mi vtpote beneficentissime, pro tua gratuita dignatione, optimi pastoris functionem exerce, ne forte tanquā ouis  
A imbecilla,

Psal. 118



**1. Petr. 5** imbecilla, luporum præda fiam. Ne-  
pe diabolus vt est cruētus, & anima-  
rum degrassator, nihil non molitur,  
circuens, ac quærens quem deuoret,  
ceu Apostolorū princeps beatus Pe-  
trus contestatur, me quæ quàm ocissi-  
mè, tua potenti virtute, reduc in salu-  
berrimas illas heruas, & ad florentif-  
sima, atque latissima prata, vbi fon-  
tes limpidissimi, & plurimi aquarū  
riuali fluunt, quibus felicem gregem  
teni, sciētia affatim pascis, & iudicio.

**Ezc. 34.** Verum hoc fidenter oro, quoniam  
mandata tua, prorsus non sum obli-  
tus. Videte obsecro dilectissimi, quàm  
sit apta, quā quæ concinna compara-  
tio qua vates sacerrimus vsus est. **Quis**  
precor fragilius oue? Aut quid vn-  
quā imbecillius? Canes dētibus, leo-  
nes vnguibus se tuētur, ouis verò hi-  
sce armis, suapte natura destituta,  
quouis munimine caret. Adeo vt præ-  
ter gemitū nihil in ea remaneat, post  
quam nedum à grege, sed ab ipso pa-  
store se elōgavit, gramina vetita car-  
pens

**pens.** Ad eandem imaginem, mens  
gratia summi numinis orbata, quip-  
pe quàm merito domini præcepta  
spernes temerè contempsit, sic infir-  
ma confestim efficitur, sic rudis, &  
stupida euadit, vt gemibunda illud  
psalmi iterato dicat. Cor meum con-  
turbatū est, dereliquit me virtus mea  
& lumen oculorum meorum ipsum  
non est mecum. Animaduersione di-  
gnum est, quàm innumera mala deli-  
ctum patratum peccatori conciliet,  
quæ summatis verbis ijs propheta  
patefecit luculenter. Cor vehemen-  
ter conturbatur, & maxima tempe-  
stas interne oboritur. Virtus & ro-  
bur animi euanescit. Ceu in Sanso-  
ne, omnium hominum fortissimò vi-  
dere est, vbi tonso capite inermis mā-  
sit. Denique lumē intellectus absce-  
dit, & mens magno suo malo obce-  
cata, iter calicum inuenire haud pō-  
test quo iam infelix ouis exulans se-  
vertet? Planè nihil superest, nisi vt  
toto pectore clamet, & extremis sin-

Collatio

Psalm. 108

Iudi. 16

**Pfal. 118** gultibus suspiria iâctet, dicens. Erra-  
 ni sicut ovis quæ perijt, quare seruu  
 tuum domine. Nisfallor charissimi,  
 diuus Thomas apostolus, nedū vno  
 dumtaxat die, sed octo, vagus & pro-  
 fugus mansit, & à fide resurrectionis  
 regis nostri Christi Iesu peregrinus  
 extirrit. Nihilo serius corde acclama-  
 bat, & sicuti ouicula aberrans, domi-  
 num exorabat. *Quere* optime pastor  
 Iesu bone seruum tuum, quem tua di-  
 gnatione delegisti, & in duodeno a-  
 postolorum tuorum numero collo-  
 casti. *Quere* quā primum ouiculam  
 perditam, alioqui ipsa miserè peri-  
 bit. Has quippe voces pientissimus  
 pastor Iesus, neutiquā horruit, imò  
 vt par erat suspiria apostoli ouanter  
 audiuit: & ideo post dies octo, velut  
 exacte nunc beatus Ioannes nobis  
 recensuit, quum esset Thomas in ce-  
 naculo, venit Iesus clausis ianuis, pa-  
 cem omnibus imprecans, & sacro-  
 sancta sua vulnera palam faciens, Di-  
 dimum accersuit, ne amplius incre-  
 dulita-

**Nota.**

**Ioan. 20.**

dulitate laboret. Quique ex templo  
 vt tetigit, magna exclamauit voce.  
 Dominus meus & Deus meus. Ecce  
 euangelij sacri summa, iam singula  
 Christo Iesu nos roborante, explicemus.

Euangelium hodiernum sic habet **Euange-**  
 Cùm ergo esset sero, die illo vna sab- **lium.**  
 batorū, & fores essent clausæ, vbi erāt **Ioan. 20.**  
 discipuli congregati, propter metum  
 iudæorum, venit Iesus, & stetit me-  
 dio eorum.

Quamuis in declamatione iucun-  
 dissimæ resurrectionis multa de hoc  
 mirabili mysterio adduximus, qui- **Sulti sūt**  
 bus suasimus iure optimo stultos ap- **qui resu-**  
 pellari eos qui saluatoris resurrectio- **rectionē**  
 nem temerè nō verentur abnegare. **domini,**  
 Nam beneficentissimus patēs, Deus **negant.**  
 tam in lege naturæ, quàm scripturæ,  
 necnon in lege gratiæ criminis suis  
 hoc arcanum reuelauit. Quæ omnia  
 extant in prædicta declamatione, ad  
 quam mittimus pium lectorem. Ve-  
 runtamen cogimur adhuc de eodem

arcano diserere, eo quod lectio euangelij in hoc die octauo ob oculos ponit, quomodo saluator mundi in uisere dignatus fuerit apostolos undecim. Vna sabbarorum appellatur à Ioanne dominica dies, in qua è tumulto dominus Iesus morte expucta gloriose triumphauit resurgens. Ita est quod beatus Lucas, quàm multa de resurrectione domini recensuit, nihilominus diuus Ioannes, ut aquila altius volitans, quædam peculiaria addidit, quippeque, Marcus & Lucas silentio præterierunt. Imò Ioannes tempus uisitacionis indicans, nõ semel, sed ter pacè illis precatus est. Rursus quod clausis ianuis intraret, deniq; potestatem eis dedit peccatorum remittendorum, & alia id genus noua subnectit. Horum autem nihil Lucas habet. Mira res fratres, sero ad suos venit, qui timore iudeorum perterriti, nec fores aperire audebant. Quorsum non meridie, aut mane eis apparuit, sic mestitia & tremore affe-

Nota.

Nota

—

ctis? Sane ut discamus tunc pios non derelictos, cum ipsi sibi desertos se esse putant. Imo in summa desperatione non desperant, aut quouis modo despondent animum Nonne de viro iusto Abrahamo testatur Apostolus, credidit in spem cõtra spem. Huc attinet illud prophetæ pectori nostro inferendum. Si moram fecerit expecta eum. Quia ueniens ueniet & non tardauit. Quandoquidè nisi magna restaret nobis uia, singula oraculi huius fusus erant explananda, compendio aliqua dicam. Si aliquando in calamitate constitutus, tibi apparet, quamuis falso, quod moras trahit Christus Iesus, spem nequam depellas, sed anime quior factus, illam expecta, crebris orationibus, eum uoca. Quis ira? qui ueniens & nõ tardabit. Scit ipse qui potens & omniu' est, quãdo expediat uenire. Tardate Moise in monte Sina, qui uere non tardabat, Hebrei idolum erexerunt, & adorauerunt. Idque contigit

Abac. 2.

Exod. 32

decem virginibus, quippeq; tardante sponso, dormitauerunt & dormierunt. O nos miseros, quā summus laboris impatientes, confortetur cor nostrum & viriliter agentes saluatorem nostrum patienter expectemus qui suo tempore visitauit, confortabit, & roborauit nos. Ecce quā obrē venit sero, dum noctis tenebra adauget tristitiam afflicti, dum nostra desideria magis ac magis accrescūt, dū deniq; humana deficit prouidentia tunc Christus Iesus mentes nostras visitat, & vehemēter solatur, ad hęc.

Nota

T Congregati erant apostoli, & fores clausę. En quantum frugis nobis afferant persecutores, plane ad interiora nos allecāt, & claudere ostiū quodammodo compellūt, quo peccatius vacemus Deo. Stultus, clamat sapiens, seruiet sapienti. Stultus erat Esau, ubi fratrem suum Iacob persequebatur, sed proculdubio multum profuit illi. Nam fugiens, pauper trāsuit in baculo suo Iordanē, & reuer-

Prou. II.

fus

sus est diues & honoratus nimis. Stultus itidem rex Saul, & insipiens insectabatur Dauidem, & tandem a domino exaltatus, vir sanctus euectus est, ad regni diadema, regale thronū possedit. O quā merito dictum est diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos. Vnicē amate aduersarios vestros, qui vobis etiā ipsis nollentibus tot dona impēdunt. Benemereri de illis conamini, quique coronam vitæ æternę vobis fabefaciunt. Ceterum, congregati erāt apostoli. post Christi triumphum, & resurrectionem, quos paulo ante tempestas passionis disperisit, ita vt relicto magistro, omnes fugerent paefacti. Quid quod nondum virtute ex alto roborati erant, ita vt charitas foras mitteret timorem? Quin etiam Spiritu sancto aduentante, non modo fores referant, sed foris vt leones flamam spirantes clamant, magna lia Christi Iesu pertomentes. Tandē saluator, congregatos & vnanimes

Gen. 30

Matth. 5

Acto. 6

A 5

concor-

concordes vehementer amat, belligeros, & dissidia seminantes prorsus horret. Mira res, quemadmodum diabolus diuisionis est autor, sic Christus vnitatis & fraternitatis est

**Exod. 5.**

**Figura.**

**Nota**

dux Nonne præcepto Pharaonis ver-  
suti, dispersus est populus domini ad  
colligēdas palleas? Proh dolor, quot  
christiani sathanæ suggestu hiniant  
honoribus, auxiē fallaces cumulant  
diuitias, nefando vicio luxurię & gu-  
le se dedunt. De quibus clamat a-  
postolus. Quorum Deus venter est,  
& finis eorum interitus. Ecce dispa-  
labundi palleas colligere nituntur,  
& ob id eos non visitat dominus. At  
vbi timor, concordia, & pius sermo,  
ibi Christus prope adest, quæ omnia  
in apostolis inuenta sunt. Nunc se-  
quitur.

**Text.**

Venit Iesus & stetit in medio.

Non portas fregit intrans, quia su-  
btilitatis docte corpus eius glorio-  
sum gaudebat. Qui verò clauso sepul-  
chro suscitauit, & ex virginis aluo

claustro

claustro virginis exiuit, qui etiā  
morti obnoxius super vndas maris  
siccis pedibus ambulauit, is ipse mor-  
talitatis exunijs relictis, obsecratis iā  
bis intrauit. Hinc diuus Augustinus  
super Ioannē. Moli quidem corpo-  
ris vbi diuinitas erat ostia clausa nō  
obsteterunt. Et iterum. Si comprehē-  
dis modum non est miraculum, vbi  
deficit ratio ibi est fidei edificatio.  
At qui in medio eorum stetit. Quive-  
rus mediator Dei & hominum erat,  
iure optimo, in medio illorum stat.  
In medio stetit, eo quod non est acce-  
ptio personarum apud eum. Sed in  
omni gente timente eum, & manda-  
ta seruat, compleret ipse. Idque non  
vulgare solatium nobis affert. O ad-  
mirabile mysterium, ante hac veluti  
in angulo erat Deus, dicente Dau-  
de. Notus in iudea Deus, in Israēl  
magnum nomen eius. Nunc verò  
vbi verbum caro factum est, & habi-  
tauit in nobis, vbi trabem nostrę car-  
nis induit, & frater noster efficitur in  
medio

S. Aug.  
sup Ioa.

Acto. 10

Psal. 75.

medio stat, vtrūq; populum, iudeorū  
videlicet & gentium amplectēs. Tā-  
dem, vt pollicitationem suam adim-  
pleat, qui vera, & æterna veritas est,  
in medio stetit. Iuxta illud vbicunq;  
congregati sunt duo vel tres, in no-

**Mat. 18.** mine meo, in medio eorū sum. Quæ  
promissio ad finem vsque mundi ve-  
rissima permanebit, vnde non vulga-  
re solatium notu orthodoxis con-  
tingit.

**Text.** Quid eos alloquutus est, iam euan-  
gelista narrat, dixit eis, pax vobis.

His verbis saluator, teste Christo-  
phoro, commemorat quod ante crucē  
prædixerat, videlicet pacem meam  
do vobis, pacem relinquo vobis. Et  
rursus, in mundo præssuram habitis,  
in me autem pacem. Profecto prin-  
ceps pax recte ab Esaia nuncupatur  
quoniam ipse pacem dedit ijs, qui lō-  
ge, idest gentibus idola vana colēti-  
bus, & pacem ijs qui prope, hoc est,  
iudeis, quippe qui, vnum ac verum  
Deum colebāt & venerabātur. **Quin**  
etiam

etiam is rex pacificus est, qui iuxta a-  
postoli dogma, pacificauit suo san-  
guine, non modo quæ in terris, sed  
quæ in cælis sunt. O verbum mellitū  
& vehementer suaue, pax vobis. De  
quo sponsa in canticis ait. Anima  
mea liquefacta est, vt dilectus loquu-  
tus est. O centies, & millies beata  
mens, quæ interne tale colloquium  
meruit audire. Iesu bone, haud du-  
bio, mel & lac, sub lingua tua ema-  
nant, & eloquium tuum dulce est ni-  
mis, potissime te toto pectore diligē-  
tibus. Resonet hoc suaue mellos  
semper & vbiqu; in auribus meis pro-  
cliuiter obsecro. Tu domine pax no-  
stra es, qui fecisti vtraque vnum. Tu  
nostri cordis tranquillitas, requies  
ineffabilis, & opulentissima. Loque-  
re pacem in plebem tuam rogo, &  
super sanctos tuos, & in eos qui con-  
uertuntur ad cor, te anhelō spiritu  
quæritātes. Liquefiat mens mea te  
loquente, currat post te in odorem  
vnguentorum tuorum. Assumat pē-  
nas

Colo. 1.

Canti. 5.

Eph. 2.



nas ut aquile, & ad e:hera volitando non deficiat. O pacem sanctā, quæ exuperas omnem sensum, & omnem intellectum, illa vere in pectora nostra, viscera nostra confestim reple.

**Pacisvtilitas.** Siquidē fratres mei parua dictio hæc est, sed magna præfertur commoda si delibus cunctis. Hæc quippe salutatio discipulis vel maxime à Christo commendatur. In quacunque domum intraueritis dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis requiescet super eum pax vestra.

**Luc. 10.** Sin autem, ad vos reuertetur, ait pacis nostræ largitor, & author Christus facessant iam mūdi innania verba, abscendant & inutiles salutationes, osculor mantus, deosculor pedes, & alia id genus colloquia. Si spiritu viuimus, & spiritu ambulemus, si Christo Iesu nomē dedimus, & eius discipuli esse volumus, loquella nostra nos palam faciat. Ita ut post hæc. pacem vicissim precemur, & à magistro optimò tam salubre dogma sponte accipiamus.

accipiamus. Certò certius scientes, quod ex omni verbo ociofo, rationē redituri sumus in die illo tremendo iudicij. Sed de hoc vberius in declamatione sancti Lucæ differuimus: quæ in libro fastiuitatum Decipare Mariæ habetur. Verum, quia voluptati est nobis, verba hæc Christi Iesu penitus expendere, & amplificare, quantum frugis nobis afferat pax vel succincto sermone ostendamus.

**Mat. 12.**

Pax vobis, ait princeps pacis Christus Iesus. Ac si patenter dicat. Pacem quam vobis in terribili morte mea conciliaui, ecce eam exhibeo libenter. Bellum arduum ipse sustinui flagellis cessus, sputauimus illitus spinis cruentatus, clavis ferreis confusus, quæ omnia eo tēdunt, ut vos pacem habeatis. O quanti momenti ex pax christiana, & quam pretioso thesauro parata. Veruntamen nonnulli eam nihili pendentes, nedū pro argēto, sed pro asse aliquādo pacem abrumpunt. In quos iure inuehitur

**Note** †

hitur apostolus Si adhuc contentio est inter vos nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? & alibi. Non est dissensionis Deus, sed pacis. Veh impijs & sceleratis, qui hoc cælesti munere carēt. Nō est pax impijs, clamat Esaias. At contra pij viri, & amici Dei, pacem ingentem habent. Pax multa diligentibus legē tuam, inquit regalis Citharedus. Verbum illud, multa, emphasin, & energiam non vulgarem subindicat. Itaq; impij concordiam habere queunt, ad malum patrandum, vt de latronibus, & pirrhatīs perspicuum est, pacem autem habere non valent. Ratio quia pax addit supra concordiam

**S. Tho. 22. quest. 29. artic. 1. in dō pax est omnium vnitiua, & consensus operatiua, teste diuo Dionisio. 2. cap. de diui. nomini. Et sanctus Augustinus. Pax est, serenitas mētis, tranquillitas ordinis. Libro. 10. de ciui. ca. 13 vultis charissimi agnoscere à quo lucidissimo fonte pax ipsa efluat? Esaiā**

**audite.**

**1. Co. 14**

**Esa. 59**

**S. Th. 22. quest. 29.**

**Esa. 32.**

**audite. Opus iustitię pax. Quin & fructus arboris illius amœnissimę charitatis pax est, vt quàm bene apostolus contestatur. O insignem cecitatem, Esaiā: o deflendam dementiam eorum, qui dicunt malum bonum, & bonū malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Quique in magno degentes bello inscitia, tanta mala pacem appellant. Velut in sapiente le-**

**Sap. 14: gimus. Miror ethnicum illum, sapiētem absque Christo, qui solo rationis lumine ductus dixit. Omnia bonum appetunt. Id est cuncta summū illud bonum affectant, in quo est vera, & omnibus numeris absoluta pax. Quandoquidem charissimi, si viris iustis in hac vita, tot calamitatū plena, pax tanta contingit, cum adhuc per speculum, & in enigmate Deum optimum vident, quanto maiori pace gaudebūt, vbi facie ad faciem creatorem intuentur, videntes eum sicuti est? Qui posuit fines tuos pacem, ait David, & adipe frumēti satiat te.**

*psalmi*

Cui sententiæ alludit Esaias dicens. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, in requie opulenta. Summa, vos charissimi quàm ocysimè operã date, vt hanc gemmam præcellentissimam possideatis, ob oculos vbique habentes parentescum verbum Pauli. Pacẽ habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Et hætenus de pace orthodoxa fatis, quippe qua opusha bemus.

Text. Gauisi sunt discipuli, viso domino Veluti ante passionem pollicitus fuerat, ita factum est. Iterum videbo vos, dixit, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Vbi Chrysostomus. Vides re sermonem domini cõsumari. Sed quid ni discipuli coram habentes tam bonum magistrum, ac piũ parentẽ, gaudio exhilarati sint, cum cruentissimus atq; scelestissimus rex Herodes, viso Iesu gauisus fuerit valde? Etenim saluator noster, tam erat pulcher, vt electus

ctus ex millibus, & rotus desiderabilis, rectè à sponfa in canticis appelle Cant. 5  
tur. Hinc diuus Augustinus. Pulcher Iesus in presepio, pulcher in flagellis pulcher in cruce, pulcher in sepulchro, pulcher in cælo, pulcher in patre verbum. Mira res speciosum forma præ filijs hominum, rex Dauid est depingit, in cuius labijs diffusa erat gratia loquedi. Quid enim tam pulchrum, tam elegans, tãque decorum quã Iesus optimus maximus, qui ab omni labe peccati immunis fuit? nec non & omnium virtutum numeris absolutissimus? Quæ vnquã species tam amabilis, tã mellita, & suavis, quàm huius mansuetissimi regis aspectus? Ego flos campi & lilium conuallium inquit, quo eius mirabilem decorem, vt cunq; agnoscamus. Imò vox illa eius est. Pulchritudo agri mecum est. O satis nunquam laudatam Christi Iesu pulchritudinem, nam candor est lucis æternæ, speculũ sine macula, imago bonitatis patris

cælestis. Denique adeo pulcher est, ut angeli desiderent in faciem eius prospicere. Is neminem spernit quâlibet improbum, sed omnes leni sermone ad se allectare conatur dicens.

*Mat. II.* Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Hunc munificentissimum regem fratres sedala meditatione recolite, in mente iugiter illum versate, si gaudere & exultare semper cupitis. O stu-

*Acto. 5.* penda res, Apostoli gaudentes, ibant à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliâ pati. Enim verò qui inter flagella, & probra, ita suos lætificat, quâto amplius lætificabit illos inter angelos in cælo? Gausi sunt ergo Apostoli viso Iesu, quippe qui suapte natura pulcherrimus est, & omnem tristitiam è cordibus suorum depellit. Ecce duplex gaudium præse tulit saluator, visitatione & locutione Apostolos corroborans, atque lætificans. Sed iam quàm suavis sit in ore eius

sermo

sermo pacis, sequentia indicant.

Dixit eis iterum, pax vobis. Proferat. *Text.* Et quòd eis ostenderit manus & latus, ob id factum est, ut clavorum & lancee vestigia intuentes, amplius non dubitarèt illum esse Iesum crucifixum. Ad hæc, nos docet, ut non tantum affectum, sed opera sancta habeamus, dicente beato Iacobo. *Iacob. 1.* Fides sine operibus mortua est. Planè si mortua fides fuerit, nullatenus vitam æternam præstare poterit crediti. Non itaq; proximis condolentes, in illorum calamitate duntaxat ver- *Nota* bo tenus eos solari incumbamus, sed quod altius ac perfectius est, manus eis ostendamus, eleemosynis indigentiam ipsorum subleuantes. Cæterum pacem eis optat dominus dicens iterum. Pax vobis, quo pacem in eis confirmet. Vbi doctor egregius Augustinus inquit. Iteratio, cõ- *S. Aug.* firmatio quædã est. Ipse dat per prophetam, promissam pacem super pacem, Faciet pacem mihi, pacem mi-

Esai. 17. hi faciet. Esa. 17.

+ Obseruandum, quòd mulieribus supra annuntiatum est gaudium, vt perbelle Chrystomus inquit, quia in trinitia genus illuderat, & hanc suscepit ob piaculum suum maledictionem, dicente domino Eue. In do-

Gene. 3. lore paries filios tuos. Apostolis vera pax annuntiarur, eo quòd prohibentia omnia sint destructa, & de reliquo recta facta. Sanè Christo Iesu moriente ablata sunt bella, vsque ad oras terrarum. Necnon & princeps huius mudi proiectus foras, ceu dominus pollicitus fuerat.

Text. Sicut misit me pater, & ego mitto vos.

Mediatorem se ostendit ijs verbis. Ille à patre missus fuit in hunc mundū, vt nos cruore suo sacro redimeret, qua redēptione facta, ministros nunc mittit, & operarios ablegat in messē suam. Signāter ait, sicut misit me pater, & ego mitto vos, quòd est dictu. Eadem charitate vos diligo  
cūm

cūm inter scandalum persecutorū vos mitto, qua me pater cælestis diligit, quem venire ad obeundas passiones fecit. Neutiquam pater misit *Ioan. 3.* filium, vt iudicaret mundum, sed vt salutem optatam acciperent peccatores. Et ad eandem imaginem Christus misit Apostolos, improbos ad pœnitentiam conuerrere. Post hæc pater filium suum misit, non vt dominaretur, nec ministrari sed ministrare, & dare animam suam pro multis. Nō vt in delicijs floretet, sed vt tenetur, flagellaretur, ac tandem crucifigeretur. Hic animaduertāt eccle- *Prælati.* siæ prælati, & verbi Dei concionatores suum ministerium quò tendat. Quorum vnus rei huius haud ignarus dicebat. Non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Hebræ.* Quis obsecro peccator mei similis, non stupefeat hæc audiens. Nemo fratres sibi post hac sumat honorem,

sed qui vocatur tanquam Aaron. Quo modo predicabunt nisi a Christo mittantur? O nimium infelices, de quibus conquestus Deus optimus ait. **Roma. 8** Ipsi currebant & ego non mittebam eos. Tales heu sunt pseudoprophetae, tales etiam haeretici quippe quos nequaquam Christus Iesus, sed antichristus homo peccati mittit. Sub haec, viscera charitatis saluatoris penitius inspiciamus: nondum nati eramus, & iam ministros euangelij sacri nobis praeparabat, & mittebat. O quam nos adamauit, qui ob oculos suos iam fideles habebat. Diligamus Christum Iesum fratres mei, quoniam ipse prior dilexit nos. Quin & ante mundi exordium agnouit nos, elegit, & magnopere dilexit, ut essemus sancti, & immaculati: non autem ut mundi gloriosas, opes fallaces, & carnis oblectamenta sectemur. Quae omnia proceres & improbi homines toto nisu quaerunt, pro suaque virili venari conantur. Summa. Verum enim vero, **Ioan. 3.**

Roma. 8

Hier. 23

Nora

Ioan. 3.

pater

pater non suum vnigenitum eatenus misit, ut animas perderet, sed contra ut saluaret. Venit inquam quaerere, & saluum facere quod perierat. Sic ipse filius paterno affectu homines diligens, Apostolos, doctores misit, ac delegauit ad peccatores vocandos, sanandoque corpore simul atque spiritu male habentes. En quales esse oporteat eorum successores in sancta Romana ecclesia. Fas non est, ut seruius maior sit domino suo, neque decet belle viuere in hoc mundo orthodoxos, vbi rex caelorum Christus cruci affixus fuit. Huc expectat illud. Ecce ego mitto vos sicut oves in medium luporum. Undique hostes & truculentissimi lupi ululant, ac perinde ut immanissime ferre, vos dilacerare moluntur. Vos autem, ut agni mansuetudine & tolerantia freti, aduersa quaeque perferentes, nullatenus paueatis unquam. Annotatu digna sunt verba illa ex ore domini profecta ad Ezechielem. Fili hominis ne timeas eos

Luc. 19.

Ioan. 15.

Ezech. 4

B 3

neque

neq; sermones eorum metuas, quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Planè singula singularem emphasim continent, nos quidem euangelium sequamur.

**Text.**

Hæc cum dixisset, insufflauit & dixit eis. Accipite Spiritum sanctum.

Insufflando significauit Spiritum sanctum, non patris solius esse spiritum, sed & suum. Veluti pulchrè annotat sanctus Augustinus tractatu 121 in Ioannem. Vnde græcorum error confunditur, quiq; ausu temerario contrariū asserere audent. Illuminet eos Christus Iesus ne in barathrum cecutiētes descendant. Obseruandum, quòd non sine cæremonijs ministros instituit, quo illorum auctoritas magni æstimetur, necnō vt plus elucescat, omnibus & constet à saluatore missos fore. Quas ob res in ordinibus conferendis hodie in sancta ecclesia obseruantur. Quin & olim sacerdotes typici sine aliqua solemnitate

**Nota.**

Iemnitate haud instiruebantur. Verum ex domini præcepto aqua erant abluti, & immolato ariete, oleo delibuti consecrabātur. At dominus per seipsum ministros ecclesiæ perficit. Neque oleo eos vngit, sed Spiritus sancti gratia linit. Est enim ipse sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, vt psalmista multis retro seculis inronuit. Cui sententiæ astipulatur Apostolus, Hæbreis scribens. Sub hæc, insufflatio illa, id sacramenti habet. Sanè non tanquam homo tantum, sed tanquā Deus hoc fecit, subindicans, illū esse qui in mundi primordio, vbi homo creatus est, insufflauit in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viuentem. Nunc autem rursus afflando spiritum suum viuificantem largitur suis. Hinc verbi Dei præcones perspicuum habeant, quomodo Spiritu sancto indigeant, cuius mirabili virtute ministeriū suum vt par est, exercere valeant.

Exo. 28.

Psal. 1.

Gene. 2.

Quorum

**Text.** Quorum remisieritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.

**Confessio sacra mentalis.** Quandoquidem fratres absoluentos constringit, ut sui pectoris culpam reuelent sacerdotibus. Alioqui minister agnoscere nequit, an poenitens absolutione dignus sit, necne.

Hinc omnes doctores de iure diuino probant confessionem fore. Et ijs Christi verbis potissimum hereticorum commenta prorsus dilabuntur. Velint profectò nolint aduersarij, hoc loco eorum criminum, quæ remissioni possunt obstare, poena statuitur. Miror quã turpiter perditii homines nostri æui aberrant, quippe quos saluator insigniter hic confutat.

**Heretici** Proh dolor fictitio sensu improbus Zuinglius locum hunc ad prædicationem euangelij trahit. Palàm Christus loquitur, velut ipse impio iudici loquutus est, ego palàm locutus sum mundo. Et ideo ipse verborum contextus ad causarum iudiciũ perti-

pertinere contestatur. Eodem attinet illud, Tibi dabo clauas regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terram, & erit ligatum in cælis. Et quodcunque solueris super terram, & solutum in cælis. Videtis quomodo post mortem homines perperam agentes excõmunicari possunt. Vicissim defunctis orthodoxis summi pontificis indulgentias satis prodesse, sunt planè sub eius ditioe. Verûtamen cauendum maximè est, ut rectè sacerdotes ministerio suo vtantur, quoniam clauæ non errãte, quod ipsi absoluunt in cælo solutum habentur. Nec habent potestatem hãc præcellentem ad destructionem, sed ad ædificationem ecclesiæ, sicuti Apostolus **1. Co. 13.** asserit. Contra facientes, suo magno malo audient, quod in Ezechiele scriptum est. **Eze. 13.** Violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarẽt animas, quæ non viuunt, mentien-



mentientes populo meo credēti mē-  
dacijs. Utinam nemo in sacra eccle-  
sia hodie talis repertus sit. Quid plu-  
ra? per sacerdotes nobis gratia Spiri-  
tus sancti datur, quamuis ipsi mali  
sint. Nonne per Baalam prophetam  
pessimum, Deus benedixit populo  
suo? imò in asina locutus est domi-  
nus prophete improbo, vt quàm be-  
ne notat Chrysostomus. Home. 85.  
in Ioannem. Deniq; Caiphaz sacri-  
legus cum esset pontifex anni illius  
prophetavit, diuo Ioanne teste. Ma-  
ximo ergo prosequamur honore sa-  
cerdotes, quales quales ipsi sint, ob  
oculos illud habentes iugiter. Qui  
vos audit me audit, & qui vos sper-  
nit me spernit. Ipsi vigilant pro vo-  
bis, quasi rationem pro animabus  
vestris reddituri. Magni ergo pericu-  
li res est, si ipsi candidam vitam non  
habeant, nihilominus nos illis obe-  
diamus.

Si autem quis roget, qui fieri po-  
test, vt sacerdos remittat pœnitentis  
peccata

peccata, quum solius Dei opus hoc  
sit? Vnde ore suo benedicto ipse cla-  
mat. Ego sum, ego sum, qui deleo ini-  
quitates tuas propter me. Et Iudæi  
ægre ferentes, quod dominus parali-  
tico dixit. Confide fili remittuntur ti-  
bi peccata tua, subinde exclamarūt.  
Nemo potest peccata dimittere nisi  
Deus. Huic obiectioni respondeo di-  
cendum. Quòd peccati remissio bifa-  
riã est. Altera à culpa, item est à pœ-  
na. Atqui vtraq; quidem à sacerdote  
ministerialiter nobis impenditur, &  
minus principaliter. A Deo autem  
authoritatiuè. Authoritate enim  
regia ministri eius ligant & absoluūt  
regi subditos. Sic & sacerdotes cla-  
uem iurisdictionis habentes Dei sum-  
mi autoritate absoluūt à culpa pec-  
catorem, & pœnam æternam mutāt  
in tēporalē virtute clauium. Quod  
videtur in Dauide adumbratum, cui  
Natham propheta confitenti pecca-  
tum suum respondit. Trāstulit domi-  
nus peccatum tuū à te. En ibi remis-

Esai. 49

Theolo-  
gi, 4. di.

14.

2. Reg. 12

sa

fa culpa. Sed cum addidit, veruntamen puer qui nascetur tibi morietur, ostendit poenam, quam ob peccatum suum meruerat, mutatam in temporalem. Quod in Lazari resurrectione nobis ipse Dei filius palam ostendit. Verum ubi Lazarum quattuordecim dies post mortem suscitavit a mortuis, apostolis solvendum tradidit. Solvite eum, ait, & finite abire. Idque disertè Ioannes narravit. Eas ob res charissimi, immortales Christo Iesu gratias agamus, qui sic vnicè nos dilexit, sic maxime optare adamavit, ut sacerdotes nobis reliquerit, quorum autoritas tam est eximia, ut quoties nobis visum fuerit, ad pedes eorum accedamus, & eis scelera nostra quamlibet magna referantes, salutarem absolutionem accipiamus. Quid obsecro mirabilius, precellentius, aut utilius? O nos foelices, si tantam gratiam non negligamus, sed uti fas est ea utamur, saepe numero delicta nostra confitentes, & veram poenitentiam agentes. De confessionis

fessionis norma, in dominica tertia quadragesimae, domino opitulante scripsimus, super illud. Locutus est mutus, & admiratae sunt turbae. Caeterum, diuus Ioannes quonam modo octavo die post resurrectionem, salvator apparuerit, nunc recenset.

Et post dies octo, iterum erant discipuli congregati intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio eorum, & dixit eis. Pax vobis.

Præmiserat Euangelista, qualiter Apostoli letissimum nuntium dixerunt Thomae, qui non erat cum illis quando eodem resurrectionis die, dignatus est Iesus illos visitare. Vidimus dominum dicunt ei. De cuius intuitu vehementer letati sumus, de cuius verbo pectora nostra gaudio inenarrabili fuerunt plena. O si nobiscum adfuisses frater, inquit. Videres sane faciem eius sole ipso corruscantem, vulnera manuum, pedum, & lateris gemis vernantibus pulchriora, rubentibus

*Confessio  
nis norma.*

*Profan-  
cto Tho.*

tibusq; rosis præstantiora. At ille ve-  
luti ira raptus ait.

**Text.** Nisi videro fixuram clauorum, &  
mittam digitum meum in loco cla-  
uorum, & mittam manum meam in  
latus eius, nõ credam.

O duritiam execrandam, non pu-  
tat satis videre Christum, nisi mani-  
bus vulnera eius contrectet! Verum  
**S. Chr.** vt Chrysoſtomus docet, quamuis ali-  
quando simpliciter credere facilita-  
tis est, præter modum inquirere que  
diuina sunt, & illa inuestigare, cras-  
sissime mentis est. Sat erat quod ille  
in cœna, & in ascensu Hierosolymę  
promiserat. Tertia die resurgam. Ad  
hec, decem discipuli profitentur, se  
vidisse magistrum suscitatum: mulie-  
res sanctæ hoc ipsum prædixerunt. At  
Thomas tot resurrectionis testimo-  
nia spernens, veluti iureiurando cõ-  
testatur, nisi ipsum inspiciat, & sacra  
eius vulnera tangat, monitis Apосто-  
lorum non acquiescere. Sed iam ob-  
secro beate Thoma, vnde scis magi-  
strum

**Nota**

strum crucifixum, quem in cruce mi-  
nimè vidisti, & ipsum surrexisse cun-  
ctaris? Ecce fratres quàm propensi  
sumus ad malum! Quod est infirmi-  
tatis in proximo, statim credimus,  
quod verò virtutis & sanctitatis non  
ita. Et quoniam Christum mori in-  
firmitatis fuit, surgere verò virtutis  
& potentia, Thomas tanquam infir-  
mus in fide, mortem Christi astruit,  
videre cupiens plagas illius, ad credē-  
dum resurrectionē magistri, & nul-  
latenus vult aliter credere. Quā ob-  
causam, bonus pastor, sicut princi-  
pio tetigimus, videns ouem suam pe-  
riclitari, post dies octo rursus aposto-  
los suos tantopere dilectos inuisere  
decreuit.

**Dogma**

Post dies octo & non antea appa-  
ruit Thomę, vt interim à cœtu aposto-  
lorum erudiretur, & sic fortius in  
futurum fidei adhereret. Et observa-  
te quòd non illi apparuit nisi in con-  
sortio fratrum suorum, significans  
quòd infideles & hæretici Christum

**Text.**

**Pfal. 132.** non agnoscent, nisi sacrosanctæ ec-  
 clesie Romanæ adhærescant. Ecce  
 quā bonum & quā iucundum ha-  
 bitare fratres in vnum. Sicut vnguen-  
 tum in capite quod descendit in bar-  
 bam. Vah autem soli, quia si cecide-  
 rit, non habet subleuantem se. **Quan-**  
 do quidem superbia singularis ferus  
 est, qui depascitur vineam domini,  
 vt psalmista testatur. Talis fuit Arri-  
 us, Lutherus, & pessimus Mahumerus.  
 Iterum in medio eorum stans Iesus  
 pacem iā tertio eis imprecatur. Pla-  
 nē vt sol planetarum princeps, in me-  
 dio eorum est, quo omnibus æquē  
 splendorē suum largiatur: ita Chri-  
 stus qui lux mundi est, in medio disci-  
 pulorum stat vt fulgore gloriæ suæ fi-  
 lios vehementer dilectos illuminet.  
 Atqui tam est vnitis & pacis amator  
 vt in ore suo sacro nihil refonet nisi,  
 pax, pax, pax. Ecce quia trifariam pa-  
 ce fideles omnes opus habent, ob id  
 nunc tertio pacem commendat suis.  
**Primò cū Deo pacem habeamus o-**  
**portet,**

Collatio

Patri-  
plex.

portet, mandatis eius cunctis obediē-  
 do: deinde in nobis ipsis pacem obri-  
 nebimus, si omnes humanos affe-  
 ctus exuamus, ita vt ratio passio-  
 nis dominetur: tandem cum fratri-  
 bus nostris pacem seruemus, conten-  
 tiones quasq; & dissidia abijcientes.  
 Huc attinet saluberrimum illud do-  
 gma Apostoli dicētis. Apparuit gra-  
 tia Dei omnibus hominibus erudiēs  
 nos, vt abnegantes omnem impieta-  
 tem & secularia desideria, sobriē, &  
 iustē, & piē viuamus in hoc seculo.  
 Sobrietas quidem ad peculiarem pa-  
 cē expectat. Iustitia quæ reddit vni-  
 cuique quod suum est, proximi vni-  
 tatem concernit. Pietas verò erga  
 Deum optimum seruanda est, quem  
 adorare, & augustissimē venerari te-  
 nemur.

Titul.

Tex.

Deinde dicit Thomæ. Infer digitū  
 tuum huc, & cognosce loca clauorū  
 & vide manus meas. Et affer manū,  
 & mitte in latus meū, & noli esse in-  
 credulus, sed fidelis.

Iam obseruate mihi charissimi, quã sit vera illa regalis prophete sententia. **Psal. 36.** Iustus si ceciderit non collidetur, dominus supponit manum suam. **Nē-** **Collatio** pe vt mater puerulum suũ videns cadere, manum extemplo tendit ne labatur: ita Christus Iesus qui parens pius noster est, intuens Thomam labefactari, & tanquam incredulũ apostolorum consilio non consentire, manum sue beneficentię, & benignitatis supposuit, ne prorsus periret, **Rom. 8.** Huc attinet etiam illud Pauli. Vbi abundauit delictum superabundauit, & gratia. Et iterũ. Diligentibus Deũ omnia cooperatur in bonum. O mirabile mysteriũ; adeo dubi⁹ & saxeus erat Thomas, vt verba illa proferret quę nuperrime audistis? nisi videro si xuram clauorum, &c. Vbi contraria fidei copulauit. Equidẽ si fides ex auditu, ergo non ex visu; imò fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium, **aposto-** **Heb. 11.** lo teste. O rerum miranda mutatio, **latro**

latro in cruce resurrectionem Christi profitetur dicens. Memento me **Luc. 24.** dum veneris in regnum tuũ: & apostolus Thomas clamat: nisi videro, & tetigero vulnera illius, non credã. Ecce quã pertinaciter obfistebat fratrum suorum testimonio. **Quid** plura? Pharisei & persecutores Christi Iesu, quodam modo Christi resurrectionem confitebantur, dicentes **Pi** lato. Hic dixit post tres dies resurgã: eam obrem custodes posuerunt circum circa sepulchrum. Vidistis charissimi, apostoli procacitatem & duritiam: nunc attentius tota intellectus vestri indagine contemplamini, pastoris optimi humilitatem & mansuetudinem. Insuper digitum tuũ huc **Man-** (ait) & mitte manum tuam, in latus **tudo** meum. Siquidem potens erat clauorum & lanceę vestigia delere immortalis resurgens: sed ad solatiũ piorũ qui maximam oblectationem sentiũt, in vulneribus saluatoris moras trahendo, nec non ad crucifigẽtium **Christi.**

confusionem in die iudicij, quando videbunt in quem transfixerunt, stigmata illa benedicta seruata sunt. Vnde in regno Dei martyrum cicatrices videbimus, quippe que non deformitatem, sed dignitatem maximam pre se ferent. Ceu disertè sanctus Augustinus explicat. lib. 22. de ciuitate Dei. **Quid?** quòd vulnera in corpore suo asseruauit dominus, quòd vlcera incredulitatis, tum à pectore nostro, tū etiam de corde Thomæ amputaret? **Quis non miretur fratres:** clausis ianuis inrauit, & tamē palpabilem se prebuit? Nam corpus nostrum in illa resurrectionis gloria, erit quidē subtile per effectum spiritalis potētia, sed palpabile per veritatem naturæ: Nō autem vt commentum Eutycij afferit impalpabile: hac S. Grego. li. 13. **Moralium.** Ceterum saluator quotidie vnicuique orthodoxo eadem verba repetere dignatur. Ait profecto, mitte digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte

S. Aug.  
li. 22. de  
Ciui.

S. Greg.

S. Greg.  
li. 13. Mo  
ra.

mitte in latus meum. Nequanquā ō peccator dicas, vt populus ille olim dicebat. Dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier in- **Esa. 49** fautem suum, ne misereatur filio vteri sui? Si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliuiscar. Per pulchra comparatio est hęc fratres, vos obsecro tota animi intentione intra viscera vestra eā expendite. Sed quorsum Iesu optime, & nostri amantissime hoc polliceris? quod signum tam in gentis erga nos amoris tui? Ecce in manibus meis scripsi te: nedū in manibus, sed in corde meo lancea ferrea te delin iauī. Mitte iam manum tuā, tange viscera mea igne charitatis flāmantia, & omnem temporem, & inertiam depelles. Accipe thesaurū valde pretiosum, quem inibi reconditū inuenies. Nonne in corde Christi Iesu fratres, omnes thesauri sapientiæ & scientia Dei sunt absconditi? Hos quidem thesauros impendere nobis cupiēs, clamat. Venite ad me omnes **Mat. 11.**

Quæstio

qui lab oratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Videte oculis, non carnis sed fidei, tãgite non manibus, sed affectibus: vt cum Thoma exclaimare valeatis. Dñs meus, & Deus meus.

Sanè verba hæc proferens a postolus, hominem & Deum Christũ esse profitetur. Vbi sanctus Augustinus. Videbat, tangebãtque hominem, & Deum confitebatur: & per hoc quod videbat, & tangebãt, iam remota dubitatione credebãt: perinde dicat, tu es verè dominus qui cruore tuo roseo me redemisti: insuper & idẽ Deo omnipotẽs, qui me ex nihilo creasti. Accedere & vos fratres, accedite ex tẽplo ad vulnera Christi, crucẽ & mortem eius sæpe contemplãtes, & cõlicum lumen recipiẽtes, facies vestrã nullatenus confundentur vnquam.

**S. Aug. sup Ioã.** Recogitate eum, qui talem ac tãtam aduersus semetipsum ab inimicis sustinuit cõtradictionem: ne fatigemini animis vestris deficientes: tũc profectò toto pectore clamabitis. Dominus

nus meus, & Deus meus: Sed profanes, perit iustus, & non est qui recogitet corde. Imò saluator iure conqueritur, nostram ingratitude pro spectans insignem, & ait. Datus sum obliuioni, tanquam mortuus à corde. Enim verò Christus mortuus est propter delicta nostra, sed resurrexit propter iustificationẽ nostram, semper viuens ad interpellandũ pro nobis. Notandum, quòd perfectio fidei nostre in hoc sita est, vt Christum Iesum fateamur verum hominem, ex aluo sacro virginis natum, & verum Deum à patre cœlesti sibi cõequalẽ generatum. Quod beatus Petrus iuxta Cæsaream palãm fecit, dicẽs. Tu es Christus filius Dei viui. Idque nunc dinus Thomas, non nihil lucidius & explanatius profitetur: Animaduertendum dilectissimi, quòd non ait. Tu es dominus, & Deus: sed subnectit (dominus meus & Deus meus) in nuẽs quòd nõ satis est, credere quòd Christus dñs & Deus sit, sed oportet,

*Psal. 30.*

*Nota*

*Mar. 16.*

*Dogma optimũ.*

vt dominus tuus, & Deus tuus fuerit: idest in ipso toto corde confidas, & ipsum medullitus diligas, & ab ipso omnia bona speres: alioquin dominus & Deus aliorum erit, non tuus,

**Pfalm.** Deus Deus meus respice in me, aiebat regius psaltes.

**Text.** Atqui, saluator Thomæ respōdit. Quia vidisti me Thoma credidisti, beati qui non viderūt, & crediderūt.

Ac si patenter dicat, tu cui ex dono & peculiari priuilegio datum est, vt tibi apparerē, modò credidisti: alijs non dabitur, sed verbo contenti sint oportet: quique non minus felices erunt, sed equè beati vt tu. Ad hæc, hisce verbis summè nos consolatur Christus, quippe q̄ nec vulnera Christi intuiti, nec verbum ex ore benedicto eius audiimus, sed ecclesiæ sanctæ Romanæ, & euāgelio credimus: quàm ob causam quodam modo fe-

**Fides ex cellētiore** liciores sumus. Nam suapte natura ea fides præcellentior est, & lōgè maioris meriti habetur apud Deū, quæ

ex

ex solo auditu, non autē ex visu con-surgit. Obseruandum quòd saluator verbo præteriti vsus est, ob ineffabile certitudinem, ipse in sua prædeterminatione factum vidit. Hæc sanctus Augustinus. Nemo post hæc dicat, velim Christum Iesum videre miracula patrantem, & sacrum euangelium prædicantem, ait Chryso-stomus, nā Chryso-sto. 86. ex ore domini profecta sunt hæc verba. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Vbi cunctis incredulis præclusa est via, ne frustra putent Christum eis appariturum. **Ioannē.**

Nos fratres fraternitatem, & vnita. Sūma. tem amantes, Christum Iesum venturum expectemus: qui & si sero venerit, spem non deseramus, quoniam veniens veniet, & non tardabit: In eius aduentu valde alaeres erimus, quòd princeps pacis est, & pacē nobis affatim largitur: quā etiā ipse pax nostra est, & animæ nostræ tranquillitas. Ille vt pote beneficentissimus, spiritum suum dabit, de quo

Dauid



David in psalmo 50. Spiritu principali confirma me. Beatus Hieronymus ad veritatem Hebraicam, sic verit. Spiritu spontaneo confirma me. Sub hæc fratres, sancti Thomæ rudiatem non sectemur, cupientes videre, & tangere Christi cicatrices, certo certius scientes tantò nos beatiores fore, quantò minus vidimus. Quãdo quidem nos populus ille sumus, de quo dominus dixit. In auditu auris obeduit mihi. Pectori nostro inscribamur, & mente nostra diu notuque versemur mellita verba Christi Iesu dicentis. Beati qui non viderunt & crediderunt. Itaque rex noster Christus Iesus, qui sua dignatione tam præcellentis titulo nos decoravit, ipse inquam nos omnibus charissimum donis ditabit, beabitque: cui sit honor & gloria, cum patre & spiritu sancto per cuncta secula. Amen.

*Psal. 17.*

*Annora-*

*ANNOTATIONES*

*appendices.*

**P**rimo vel maxime adnotatu dignum est, symbolum dilectionis quod saluator apostolis, nec non & nobis fidelibus omnibus dedit. Mor te iam expuncta, Satana debellato, limbo expoliato, gloriosus æ triumphator resurgens, nõ dedignatur discipulos suos inuisere, cum illis edere, loqui, atque conuersari: & quod plus admirationis affert, ait, palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut videtis me habere. Lucæ. 24. Hinc iure optimo ex clamat diuus Chrysostrõmus. Papa. S. Chryso. quanta humilitas, quanta elemetia, in rege cælorum resplendet. Qui verè dominus dominatium est, in medio discipulorum stat, quasi opere subindicans, quod ore suo sacro depromperat. Ego in medio vestrum sum, tanquã qui ministrat. Abscedat iam fratres oportet omnis arrogãtia exulet queuis petulantia, vbi redemptorem mundi,

*Prima annotatio.*

*S. Chryso.*

*IT 2*

*mundi,*

mūdi, tam pium tanque beneficū,  
& humilem videmus.

Secundo aduertendum, quòd saluator resurgens à mortuis, nō omnibus apparuit, sed testibus præordinatis à Deo: quemadmodum in actis.

De cele. ca. 10. legimus. Ratio quia teste Dio  
sti Hic. nysio. li. de caelesti. Hicrar. hæc lex di  
rar. c. 4. uinitus instituta est, vt à Deo im  
mediatè reuelentur quæ diuina sunt, nō  
omnibus sed superioribus, quib⁹ te  
stimonijs deferantur ad inferiores:  
quod perspicuum est in ordinatione  
celestium spirituum. Vnde Paulus in  
quit. Nobis autem reuelauit De⁹ per  
spiritum suum. 1. Corin. 2. eam ob  
rem apostolis congregatis apparuit,  
& non omni populo. S. Tho. 3. p. q.  
3. p. 54. ar. 1.

3 Tertiò obseruandum, quòd saluator octauo die apparuit apostolis, nō semper autem cum illis conuersabatur, ne fortè existimarent, veluti Lazarum, puellam, & iuuenem filium viduæ, eum resurrexisse ad vitam cōmunem.

munem. Erant planè duo discipulis declaranda, videlicet veritas resurrectionis, & gloria resurgentis. Ad primum verò suadendum, sat erat quòd pluries eis apparuit, comedit, & familiariter locutus est eis: ad secundum autem declarandum, noluit conuersari semper cū ipsis, nec decebat. S. Tho. 3. p. q. 55. ar. 3. Hinc liquet solatiū illud quod de sui presentia fuit eis promissum, non in fugaci vita, sed in celesti patria esse situm. Vnde Ioā. 21. scriptum est. Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudiū vestrum nemo tollet à vobis.

Quartò animaduersione dignum est, quāto gaudio apostoli fuerint exhilarati de mirabili presentia Christi Iesu. Gausi sunt discipuli, viso domino, ait diuus Ioannes. Non planè exultant de rebus futilibus, nō de honore mundi huius labentis adepti, neque de magna diuitiarū copia, sed de re serua, & spiritali. O beatum virū qui scit hanc iubilationem. Profecto

fieri non potest, vt sedulam Iesu memoriam habeamus, quin letitia ingenti perfusi, cum citharædo concinamus. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuū. Nempe spiritale gaudium charitatis non fictæ est fructus S. Tho. 22. quæst. 28. ar. 2. quod quidem gaudium etiam in hac vita ærumnosa, calamitatum plena, admixtionem tristitiæ non patitur. Alioqui apostolus non diceret. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Philip. 4. Et hoc satis mirabile est, exēplo tamen nobis sit, quod de apostolis memorię proditum est. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. acto. 5. Ecce quā est potēs Christi Iesu dilectio, quippe quæ inter flagella, squalentes carceres, & probra pijs vitis magnam affert letitiā. Veh autem illis, qui tenēt tympanum, & citharam in manu, gaudēt quæ ad sonitum organi, quoniam in pūcto ad infernum

S. Tho.  
22. q. 28.

Gaudiū  
spiritale

infernū descendunt, teste beato Iob. Iob. 31. Veh iterum eis, quoniam gaudēt cū male fecerint, & exultāt in rebus pessimis. Ii quidem cum diabolo habitabunt, vbi erit fletus & stridor dentium. Veh qui nūc ridetis clamat dominus, quia flebitis vos. Lucæ. 6.

Quinto adnotandū, quanta sit imbecillitas, quātāque procliuitas nostra ad diffidēdum: quod difficillime inducamur, ad ea quæ diuinitus nobis reuelata sunt credēdum. Quas ob res saluator noster signētum nostrū penitius agnoscens, quā plurimis argumētis vīsus est, vt apostoli exploratissimum habeant mirabile mysterium sue resurrectionis. Hinc sanctus Lucas ait. Per quadraginta dies apprensens eis in multis argumentis. acto. 1. Vbi argumentum non pro re quæ euentiam efficiat, sed pro aliquo sensibili signo accipitur, quo ducimur ad veritatem alicuius agnoscendam. Sic etiam philosophus sæpenumero vtitur nomine argumētum.

Quid sit  
argumētum.

Nempe si argumēta quibus Christus  
 vtebatur ad suadendam gloriōsam re-  
 surrectionem suam, apostolis essent  
 euidētia & nota, non transcenderēt  
 rationem humanam, & proinde nō  
 essent efficacia ad fidem resurrectio-  
 nis construendam. Sicut itaque hoc  
 ineffabile opus per sacram scripturā.  
 Lucę. vlti. Oportet impleri omnia  
 quę scripta sunt in lege & psalmis,  
 & prophetis de me. Insuper locutus  
 est eis, comedit ipsis cernētibus, ostē-  
 dit eis manus & latus, quę omnia ar-  
 gumenta dicuntur sufficiētia, ne am-  
 plius dubitarent eum surrexisse. Græ-  
 cè quidem loco argumenti ponitur.  
 Techmiris, quod est signū efficacē ad  
 probandum. S. Tho. 3. p. q. 55. art. 5.

S. Tho.  
 3 p. q. 55.

alludit ad hoc illud Ioānis. Quod vi-  
 dimus, quod audiim⁹, & manus no-  
 strę contrectauerunt de verbo vitę,  
 1. Ioan. 1.

6

Sexto denique tota animi attentio  
 ne considerandū est, quā simus fe-  
 lices christiani, de quibus dominus  
 contestatur.

contestatur. Beati qui non viderunt  
 & crediderunt. Equidē Thomę con-  
 fessionem approbavit, etsi credendi  
 taxauit difficultatem, ac tarditatem:  
 & subinde beat tam prophetas & re-  
 ges, qui affectu magno eū videre cu-  
 piebant: nec non & nos orthodoxos  
 felicitatis titulo honorat. Nec refert  
 vtrum illi præcesserint & nos sequamur,  
 cū eadem sit fides illorum &  
 nostra. Vtique vnum & eundem bo-  
 trum portamus, nisi quōd nos chri-  
 stiani expressum adoramus in cruce,  
 & quotidie in sancto altari vinū eius  
 quod germinat virgines delibamus.  
 Illi nanque scapulas eius, nos faciem  
 intuemur. Et ob id cum Thoma ma-  
 num mittimus in latus eius sacrosan-  
 ctum, cuius sacramentis & pascimur  
 & potamur: quę omnia fides ortho-  
 doxa summo numine reuelante testa-  
 tur. Cæterum non quæuis fides beat-  
 eam habentes, sed ea de qua Paulus  
 ad Galatas. 5. Fides quę per dilectio-  
 nem operatur Hęc est victoria quę  
 nos.

Figura.

Zach. 9.

Fides vi-  
 ua beat  
 nos.

vincit mūdum fides nōstra, ait diuus Ioannes. Verūm qui in mortali noxa degit, non per fidem vincit mundum, sed contra à mundo fallaci ipse vincitur. Obmutescant neochristiani nostræ tempestatis, fidei tantū palmas dantes, nam fides sine operib<sup>9</sup> mortua est: & ob hāc causam, vitam non potest æternā præstare, nisi charitate decoretur. Beati sunt qui non viderunt & crediderunt: ita est, modò fides ipsa charitati sit coniuncta: quippe quæ si est charitas, magna operatur, iuxta diui Gregorij dogma. Vos cauere à falsis prophetis, qui seducunt corda audientium, & animas eorum illaqueant.

**SC<sup>9</sup> DOMINICA SECVNDA**

*post pascha, declamatio*

*secunda.*

**Q**uanto zelo flagrabat propheta mitissimus ille Moses, quantoq; affectu accensus aduētum Messiaë efflagrabat

flagitabat, verba illius cādida, & charitatis ingentis referta subindicant. Prouideat dominus Deus spiritum Num. 27 omnis carnis, ait, hominem qui sit super populum, & multitudinē hāc. & possit exire & intrare ante eos, ne sit populus iste sicut oves absque pastore. En quantopere Christū Iesum venire cupiebat, qui populum suum regeret, ac sapientissimè gubernaret, duceretque oves Israel ad caulas angelorum. Erat planè populus domini veluti sine pastore, eo quod improbi sacerdotes non populi cōmoda, sed heu, quæ sua erāt quærībāt. Hos meritò saluator mercenarios vocat, & latrones iure appellat: se autē vt par erat, nedum pastorem fore dicit, sed bonum, nō quauis bonitate, sed illa, quæ omnibus numeris absoluta inuenitur. Quamobrē velut digito se ipsum ostendens, & patrū derijs facere satis instituens clamat. Ego sum pastor bon<sup>9</sup>. Ecce duo, quæ potissimè in euangelio hodierno tā-

gūtur: in quo tum boni pastoris sym-  
bola, & mali pastoris insignia affa-  
brè sunt depicta. Nos fratres, gratia  
Christi Iesu nūc roborati, sacrū euan-  
gelium pro modulo nostro explica-  
re incipiamus. Cui⁹ lectio sic habet.

*Euange-  
lium.  
Ioan. 10.* Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum  
pastor bonus. Bonus pastor animam  
suam dat pro ouibus suis.

Mira res fratres, saluator noster,  
qui nihil minus in hac vita quærita-  
uit, quàm honorem, adèd vt ore suo  
benedicto persecutoribus suis dixit.  
Ego non quæro gloriam meam. Is in  
quam qui laudem respuit, & dicenti,  
*Luc. 10.* magister bone, quid faciendo vitam  
æternam possidebo? Quasi egrè ferès  
hoc elogiū, subinde dixit. Quid me  
dicis bonū? Nemo bonus nisi Deus.  
Nonne mirabile est, quòd ipse cla-  
met. Ego sū pastor bonus? Rectè pro-  
fectò charissimi sic loquitur, qui nisi  
maiestatem suam palā faciat, nullate-  
nus agnosceretur in terra, ac proin-  
de nec quisquā eum toto corde ama-  
ret,

ret, aut in eum crederet. Inuisa dili-  
gere possumus, incognita autem ne-  
quaquam, teste diuo Augustino. Et  
quia homo ille nō tanquā Deum,  
sed tanquā hominem ipsum magni-  
ficabat, ob id non nihil durius respō-  
dit. Nemo bonus nisi Deus. Perinde  
dicat. Tu me hominem sanctum dū-  
taxat existimas, necessum est, vt alti⁹  
conscendas, & me tanquam Deum  
agnoscas, & toto pectore diligas. Ec-  
ce ratio potissima, quare De⁹ passim  
in sacra pagina se laudat, & magna  
de se promittit. Ego dominus ait, &  
non est alter. Et alibi. Sancti estote,  
quia ego sanctus sum. Quin & à no-  
bis laudes expetit sepe numero. Vbi  
diuus Gregorius. De⁹ nos prohibet,  
ne proprio ore laudemur, & per sa-  
cram scripturam laudes suas loqui-  
tur, non quia ipse indiget, qui profi-  
cete laudibus nescit, sed dum suā no-  
bis magnitudinem narrat, nostrā ad  
se imperitiam subleuat: & dona sua  
laudando nos edocer, quæ omnino

*S. Aug.  
li. de tri.*

*Esa. 45.*

*Li. mor.*

**Nota.** homo non agnosceret, si de se tacere voluisset. Ecce quàm ingens donum nobis saluator impendit, quoties in euāgelio deitatem & bonitatem suā nobis patefacit. Itaque nobis dogma illud semper & vbique obseruādum datum est. Laudet te alienus, & non os tuum. Christus Iesus, qui veritas aterna, & bonitas ipsa est, iure optimo se se laudat, nam maior est omni laude. Interim adnotādum, quomodo titulū humilitatis huic encomio adiūgit, nam pastorem se appellauit bonum. Enim verò ipse est rex regū & dominus dominantium, quemadmodum scriptum habet, tam in veste, hoc est in humanitate, quā in femore. **Quin,** & ipse regales coronas, & imperatorum scepra quibus vult largitur, iuxta illud. Per me reges regnant & principes imperant. **O clementiam** modis omnibus laudandā Christi Iesu. Non planè ceu in veteri lege, se regem, dominum, fortem, zelotem, iudicem vocauit, sed nunc sponsum

sponsum, nunc patrem, nunc pastorem placuit ei seipsum nominare. Ratio, quia nomina illa antiqua terrorem præ se ferebant Hebræis, quibus lex illa terroris & minarum plena data est. Postquam autem apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri, omnia lenitate, & gratia referta sunt: Vnde vaticinium Osee iam impletum cernimus. In funiculis Adam trahā eos, in vinculis charitatis. Id est donis & promissionibus, quibus facilè homines trahuntur, sic pellicere, & trahere fideles meos enitar. **Quid multa fratres? fratrem se vocauit nostrum,** morte superata, peccato, & mūdo prostratis. Vbi gloriosus triumphator surrexit, dicite fratribus meis iam surrexit, ait mulieribus sanctis. Imò seruū & ministrum nostrum se nūcupari haud erubuit. **Ego in medio vestrum sum,** tāquam, qui ministrat, idque re ipsa præstitit quādo lutulentos apostolorum pedes sacris suis manibus lauit. **Quæ omnia**  
ed

Osee. 11.

Luce. 22.

ed tendunt, vt vehemētius corda nō-  
stra, tametsi lapidea in dilectionem  
sui alliciat. Veh nobis, si tantam gra-  
tiam neglexerimus.

**Nomen  
pastoris  
magna  
indicat.**

Nempe fratres mei tam est melli-  
tum, tamque vehementer suaue hoc  
nomen, vt voluprati nobis sit in hoc  
mirifico titulo immorari. Profecto  
calamum retinere nō valui, quo mi-  
nus aliqua de nomine pastoris boni,  
secundum modulum meum explica-  
rem. Equidem Christus Iesus pastor  
ille est, quem pater cælestis multis re-  
tro seculis populo suo promiserat: &  
post plurima que cōtra pastores im-  
probos dñs dixerat, qui verbo Dei  
plebem non pauerant, adiecit Deus.  
Et suscitabo super eas pastorem vnū,  
qui pascat eas, seruum meum David,  
ipse pascet eas, & ipse erit eis in pa-  
storem. Quid lucidius hoc vaticinio?  
Eze. 34. En manu fortis Christus verus Da-  
uid, cuius stypum ille gerebat, venit in  
mundum, pascere & tueri gregem fi-  
deliū in se credētium, Rursus Esaias  
spiritu

spiritu Dei afflatus inquit. Sicut pa-  
stor gregem suum pascet, in brachio  
suo cōgregabit agnos, & in sinu suo  
leuauit, foetas ipse portabit. Siquidē  
brachiū patris filius suus est, de quo  
Dei para virgo in egregio suo cātico:  
Fecit potentiam, hoc est, potenter in  
brachio suo pater cælestis operatus  
est. In hoc præcellēti brachio agnos,  
id est, prædestinatos suos collegit, iā  
elegit nos in ipso ante mundi consti-  
tutionē. Is pastor optimus pascit gre-  
gem suum, dum omnibus veritatis  
proponit eloquiū, quin & agnos col-  
ligit, vbi pusillos fide roborat, & fo-  
uet, donec ad perfectiora prouehat.  
Foetas portat, dum in spiritu fructifi-  
cantes, prælatos, cōcionatores, & mi-  
nistros ecclesiæ, manu suæ potentie  
sustentat, atque ab omni lēssione, &  
iactura potēter protegit. Videris quā  
benè ei conueniat pastoris nomē cla-  
tura? Quid? quod in canticis cantico-  
rum, sic sponsa illum vocauit. Indica  
mihi vbi pascas, vbi cubes in meri-  
die,

Esa. 40.

Luce. 1.

Ephc. 1.

Canti. 1.



die, ait. Sed de hac interrogatione paulò inferius fusius differemus. Denique saluator noster optimus ille pastor fore comprobatur, què ingenti affectu, magnòque dolore exorabat regalis propheta mille suspiria intactas. Erravi sicut ovis què perijt, què re seruum tuum domine. Quæquidè vox totius generis humani est, quippe quod veluti vna ovis reputatur, eò quod ab vno parente Adamo cõfurgat. De angelis verò lögè secus dicendũ est, qui simul mirabili Dei virtute creati sunt, siue vnusquisq; eorũ alterius sit speciei, ceu sancto Thomæ placet, siue omnes eiusdè sint speciei, quemadmodum doctor subtilis pro virili sua asserit. Iis ergo gemitibus prophetarum, summus ille ac pius vnigenitus filius Dei facere satis instituens, nũc clamat. Ego sum pastor bonus. Ecce ego quem tanto opere videre cupiebatis, ecce adsum. Verũm annotanda est dictio illa Græcorum. O pimẽ, o Kalos. Idest ego sum ille

Pfal. 118

Li 2. d. 3. q. 1.

Nora

ille pastor, ille bonus. Vbi palã ostenditur Christi Iesu bonitas, natiua & peculiaris esse, aliorum pastorũ verò non ita. Quid de pastoribus ecclesiæ dicam? angelorũ sanctitas, & candor ab hoc vno pastore bono dimanat. En quàm sit verum dogma illud ex ore saluatoris nostri profectũ, nemo bonus nisi Deus. Sed iam par erit functionem boni pastoris intueri.

Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. Text.

Iuxta sacrę scripturę stylum, anima vitam temporariam præsignat. Ecce ait dominus ad Satanam, Iob in manu tua est, veruntamen animã illius serua. Hoc est. Neutiquam tibi facultas erit occidendi illum, etsi plagis pessimis eum afficias. Quin & saluator ait. Nemo tollit à me animam meam, sed ego pono eam. Qua periphrasi sepe de benedicta nece sua differens utebatur. Bonus ergo pastor hoc potissimè insigne habet, vt re ipsa exigente, temporalem suam vitã impertiat,

Iob. 1.

Ioan. 10.

**P**asto-impertiat, ne oues ratione præditæ,  
 res ani- spiritalem vitam amittant. Hinc pa-  
 marum. stores fideles discant, quàm sint astri  
 cti, vbi pastorem functionē, & ani-  
 marum curam accipiūt. Verùm nē-  
 dum sua tenētur ouibus erogare, sed  
 imminente periculo, propriam vitā  
 pro ouibus suis expendere oportet.  
 Proh nefas fratres, qui opes peritu-  
 ras in pauperes subleuandos non im-  
 pendit, sed in familiam ampliādam,  
 & cognatos dirandos, & in alia id ge-  
 nus futilia, ecclesiæ diuitias infumit:  
 quò nam pacto animam suam pro  
 ouium suarum lucro, & cōmodo da-  
 bit? Verùm qui quod minus est non  
 impartit, tantum abest, vt quod ma-  
 gni existimatur suppeditet. Nec quis  
 quam temerè dicat hoc imitabile nō  
 esse, imò pastoribus egregijs id imi-  
 tari vsque ad eò mellifluum est: nem-  
 2. Cor. 12 pe boni pastoris vox ea est. Ego libē-  
 ter impendam, & superimpēdar pro  
 vobis. Ecce quàm ouāter apostolus  
 pro animabus saluandis, suam expo-  
 nere

nere vitam cupiebat. O miranda res,  
 satis & stupenda, nō modo Christus  
 Iesus pro ouibus dilectam animā suā  
 præbuit, sed pro leonibus & feris im-  
 manissimis, pro peccatoribus, & sce-  
 leratis hominibus; Vnde Apostolus Rom. 8  
 ait. Commendat charitatem suā De<sup>9</sup>  
 in nobis, quia cū essemus mortui  
 peccatis, Christ<sup>9</sup> pro nobis mortuus  
 est. Equidem energiam magnam sin-  
 gula habent, nō autem vacat omnia Nota  
 prosequi: Verùm si eò tantum con-  
 scendere potest dilectio amici, vt pro  
 illo quis vitam suam det, vt verba sal-  
 uatoris subindicant, quāto præcellē-  
 tior erit amor illius, qui pro inimī-  
 cis suis, sponte oppetiuit mortem in  
 cruce. Profecto verbis nemo rē hanc  
 dicere, aut intellectu comprehendere  
 potest, quanta vis ingenij sagacita-  
 te, aut dicēdi copia polleat. Enim ve Phi. 2  
 rò charissimi, cū esset in forma Dei,  
 propter nos vermiculos humi reptā-  
 tes formam serui accepit, & in cādi-  
 dissimo virginis sacerrimæ vtero nō-

Dan. 7.

fræ mortalitatis sagum ipse induit, quo nos è faucibus drochonis cruenti Satanæ eriperet. Itaq; magnā ouiuū multitudinem in cælo empireo possidens, vbi millia millium ministrat ei, & decies centena millia assistunt illi, sic vnice ouem hanc errabūdā adamauit, sic inquam summopere eam dilexit, vt nonaginta nouem relictis, hanc vnā sollicitius venerit

Luc. 15.

querere, & magno labore, super humeros suos portare. Sic planè altius poterat suæ bonitatis formam explicare, sed noluit nisi simplici verbo innuere, quā eximia sit eius erga nos charitas: qua vrgere, pro ouibus suis tot mala peti voluerit in hoc exilio, ita vt vitam suam pro hominum salute nihili pendat. Sed de hoc fusius infra, domino auxiliante dicemus. Nunc quā longè absit pastor improbus à bono pastore palām dominus aperit.

Text.

Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt propriè oues, videt

videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & nō pertinet ad eum de ouibus.

Attendite obsecro, qua antithesi opponat se ijs, quos fures & latrones vocauit nuperrime, quippe quos nunc vili vocabulo mercenarios appellat. Est mercenarius vtique, qui mercede & lucro dumtaxat laborat, & tales erant tunc pastores: vnde legimus in Hieremia. A minimo vsq; ad maiorem, omnes auaritiæ studēt. A propheta vsq; ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium. O lues pessima auaritia, vtinam & in nostro cūo nō aliquos sanctę ecclesię ministros inuoluat. Rursus saxit optimus De⁹, vt non velut ira succensus nunc dominus cōtra nos clamet. **Quis in vobis est, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? non est voluntas mea in vobis. Vide precor, quā horreat mercenarios dominus in sua**

Hier. 9.

Mala. 1.

domo. Vidistis ni fallor signa mali  
 pastoris, nempe nil cure illi est de co-  
 modo ouium, sed de peculiari lucro.  
 Mich. 2. De quibus scriptum est. Sacerdotes  
 Hierusalem in mercede docebat, &  
 propheta eius in pecunia diuinabant.  
 Phi. 2. Cui sententia concinit illud Pauli.  
 Omnes quae sua sunt querunt, non  
 quae Iesu Christi. Is sane qui nomine  
 tenus pastor est non autem re, pro-  
 prias oues non habet. Mirabile dictu,  
 nec beatus Petrus habuit oues pro-  
 prias, cui saluator dixit, pasce oues  
 meas, quomodo ceteri ecclesiae pasto-  
 res proprias oues habere quibunt?  
 Episcopi boni sane aequae animas si-  
 bi commissas diligunt, ac si suae pro-  
 priae forent. Sunt quidem vnius vo-  
 luntatis cum Christo principe pasto-  
 rum, quippe quem plusquam seipsum  
 diligunt. Quin & animarum luctum  
 suum existimant, quas ob Christi amo-  
 rem vehementer amant. Qui vero hoc  
 praecellenti affectu carent, mercena-  
 rij sint oportet, lac & lanam ex ouibus

bus vendicantes, & nihil minus quam  
 spiritalem ouium fructum exquiren-  
 tes. Non hoc dixerim, vt boni pasto-  
 res rebus temporalibus non sint di-  
 gni, alioqui Paulus non diceret. Pres-  
 byteri qui bene praesunt duplici ho-  
 nore digni habeantur, maxime qui  
 laborant verbo, & doctrina. En quam  
 seriose apostolus de huiusmodi re  
 agat, honorem appellans stipendium  
 temporarium: vt ibi. Viduas quae ve-  
 re viduae sunt honora: id est, eis vt par-  
 est elemosynas eroga. Nec frustra  
 Deus in lege sua fanciuit dicens: Non  
 alligabis os boui trituranti. Denique  
 dominus mittens discipulos binos an-  
 te se hoc non siluit. Dignus est opera-  
 rius mercede sua. En iure naturali &  
 diuino, qui altari seruit de altari vi-  
 uat, & sibi necessaria, nec non suae fa-  
 miliae sumat oportet. Nihilominus  
 qui plus aequo hac nostra tempesta-  
 te, cum in marmoreis edificijs, tum  
 cognatis suis ditandis ecclesiae bona  
 insumunt durissimum iudicium ac-  
 cipient,

cipient, quādo in morte ouium suarum rationem sunt reddituri. Tunc planè vaticinium illud implebitur.

**Abac. 2.** Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iūcturas aedificij est respōdebit. *Emphatica sūt ista fratres: vos rogo pro vestra eruditione ea expendite. Lapidibus vniis Deo sacratis in baptisinate subuenite, magnificè illis elemosynas exhibentes, ne fortè morte aduentante pœnas luatis eternas.*

Cæterum quæ lingua narrare poterit, quāto honore Deus optimus prosequatur bonos pastores, sua functione, vt ius est fungentes? Nolite tangere Christos meos ait. Et iterum, præstantiori titulo illos honorans. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. *Quod non modò de quibus vis fidelibus, sed de ipsis ministris Dei dictum est. Liquet hoc, nam præmisit. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autè Deus dii iudicat. Nec non in Daniele extat, qui ad iustitiam erudiunt plurimos*

**Psal. 81.**

plurimos quasi stellæ erunt, in perpetuas æternitates. Atqui, Christus Iesus magnificis eos exaltat nominibus. Vos estis sal terræ, lux mundi, lucerna super candelabrum, ciuitas in supercilio montis sita. *Quid honorificentius, aut quid præstantius hisce titulis? En qui verè pastores sunt magni æstimantur ab optimo pastore Christo, eò quòd animam suam ipsi vltro dant, pro suis ouibus. At cōtra de mercenario sequitur. Videt lupū venientem, & dimittit oues, & fugit. Vbi diuus Augustinus. Lupus diabolus est, & qui illum sequūtur, de quibus saluator noster inquit. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sanè magna est cautio adhibenda, vt sub pelle ouina truculentum lupū agnoscamus. Sic Satanus, aliquando transfiguratur se in angelum lucis, vt præclare admonet apostolus. Sic hæretici improbi versutia detestanda per dulces sermones & salutationes, rude*

**Mat. 5.**

**Text.**

**Matth. 7.**

**Collatio** vulgus decipere moluntur. Verum  
 ut lupus ovis guttur apprehendit, ne  
 ululans pastor ei subueniat, sic diabo-  
 lus & complices eius, fidei adulterium  
 suadet, quò plus nocere valeat. Mer-  
 cenarius itaque fugit lupo veniente,  
 trepidans ne forte amittat quod im-  
 pensus amat, & iacturam lucri pa-  
 tiatur.

**Questio** Sed roget iam quis, si Paulus pastor  
 Christi erat, quorsum in sporta sub-  
 missus Damasci propositum effugit?

**Mat. 10** Ad hæc apostoli ubi persecutionem  
 patiebantur in vna ciuitate ex præce-  
 pro domini in aliam fugiebant. San-  
 ctus Augustinus ad Honoratū.

**S. Aug**  
**ad Ho-**  
**norat.** Quādo tyrannus fauit in ministrum ec-  
 clesie tantum & non in plebem fide-  
 lem, tunc fugiat oportet: vbi verò cō-  
 munis est persecutio, pastor gregē  
 suū nullatenus derelinquat: aliò qui  
 contra eum Zacharias clamabit. O  
 pastor, ò idolum derelinquens gre-  
 gem. Si enim perniciosum est nauē  
 in trāquillitate nauē deserere, quātò  
 magis

**Zach. II.**

magis tempestate urgente? ut optime  
 Nicolaus Papa, ait, & habetur in sex-  
 to. q. 2 De hoc fusius sanctus Thom.  
 22. q. 185. art. 5.

Ceterum quantum vesanus hostis  
 sauiat contra oves Christi saluator  
 indicat, nam irruit in eas pastore fu-  
 giente, & disperdit illas. Hic est leo  
 ille circumens animas orthodoxo-  
 rum, querens quē deuoret, & in Tar-  
 tarum pertrahat. Vos autē dilectissi-  
 mi fortes in fide, pro virili vestra ei re-  
 sistite: quique adeò vecors & fragilis  
 est, ut nihil nocere valeat ijs, qui Chri-  
 sto Iesu fidēt, sibi ipsis diffidunt. Hæc  
 est bellua ferissima, de qua vir iustus  
 Iob inquit. Nō est potestas super ter-  
 ram quæ compareturi ei. Nihil omni-  
 nus à Christo Iesu prostratus est da-  
 mon & prorsus deiectus, ita ut nemi-  
 nem deuorare queat, nisi homo mi-  
 serè illi vtrò se dedat. Quas ob res,  
 cum apostolo concinamus oportet,  
 & indefessè canamus. Gratias Deo  
 qui dedit nobis victoriam per Iesum

1. Pet. 5.

Iob. 41.

1. Cor. 15

Christum dominum nostrum. Verba sunt omnia annotatione digna: vos obsecro pectoribus vestris ea veritate. Atqui ut se per omnia boni pastoris partes habere suadeat, rursus ait.

**Text.** Ego sum pastor bonus: & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ.

Non fat erat, semel se bonum asserere, qui bifariam bonitatem habet, sicuti duplicem naturam continet:

**Nota** Ac si dicat, primò bonus sum meæ nature, quia Deus: iterum bonus pastor sum, quia homo ad eum sanctus, ut nec peccatum fecerim, nec dolus inuenus est in ore meo unquam. Vel bis se pastorem dixit, ut tam priscorum patrum, quam apostolorum & christianorum omnium ducem, & gubernatorem se ostendat. Verum, qui bis se nuncupavit ostium, fas erat, ut bis se pastorem bonum vocitaret. Vel quia pastores alij externè tantum oves vident, & gubernant: Christum autem

autem nedum ea quæ foris sunt videt, sed quæ intus latitant, & in visceribus versantur intuetur, iudicat, & discernit: ob id non semel sed bis pastorem se nominat. Huc pertinet illud Pauli. Omnia nuda & aperta sunt ei, ad quem nobis sermo. Unde, sicut improbis viris magnus terror obortus, sic pijs hominibus solamen non vulgare scaturit. O fratres quam lynceos habet oculos pastor noster bonus Iesus! Sanè ipse scrutator est cordium, ut in psalmo legimus. **Quin** & ipse ait. Ego dñs scrutans corda.

Observandum, quòd quamvis multa sint, quæ ad bonum pastorem attinent, nihilo secius tria potissimè sunt quæ operari eum oportet. Tenetur quidem gregem suum virentibus herbis pascere, gubernare, atque rursus. De primo ait dominus Petro, **pascere** oves meas: idque iterum atque iterum dixit, ut episcopi animas sibi credas pascere studeant duplici pabulo, corporali & spirituali. Eodem pertinet beati

Heb. 4.

Iere. 17.

1. Pet. 5. beati Petri oraculū. Pascite, ait, qui  
 in vobis est gregem Dei, prouidētes  
 nō coactē, sed spōtanec, secūdū Deū:  
 neq; turpis lucri gratia, sed volunta-  
 riē, neq; vt dominantes in clero, sed  
 forma facti gregis ex animo. O egre-  
 gia monita, literis aureis scribenda,  
 quæ ob oculos pastoribus omnibus  
 ecclesiæ habere conuenit: sic planē  
 Christus pastor bonus fore compro-  
 batur. Ipse dubio procul est, de quo  
 in psalmo: oculi omnium in te spe-  
 rant domine, & tu das escam in tem-  
 pore opportuno. aperis tu manum  
 tuam, & implet omne animal bene-  
 dictione. En quam sit munificentissi-  
 mus, quoniam dat escam omni car-  
 ni, & pluit super iustos & iniustos:  
 sed omnibus suis valde dilectis maiora  
 largitur cibaria, & longē præstantio-  
 ra. Etiam qui patres antiquos qua-  
 draginta annis pane celico pauit, is  
 sua dignatione gratuita, nos fideles  
 verbo suo super mel & fauū dulciori  
 quotidie nutrit. Quā dulcia faucibus  
 meis

Ps. 144.

Nota.

meis eloquia tua, sup. mel ori meo,  
 ait regius psaltes. Denique pastor bo-  
 nus Christus pascit nos sacrosancto  
 corpore suo & sanguine, dicens: acci-  
 pite, hoc est corpus meum, quod pro  
 vobis tradetur, hoc facite in meā cō-  
 memoracionem. Ecce magnificētia  
 & stupenda charitas pastoris nostri,  
 qui seipsum ouibus suis exhibet in ci-  
 bum, dabitq; in cælo nobis se in præ-  
 mium, quando videbimus eum sicuti  
 est. Huc expectat pollicitatio illa, Eze. 34.  
 multis retrō diebus à Deo facta. edu-  
 cam eas de populis, & cōgregabo eas  
 de terris, & inducam eas in terrā suā,  
 & pascam eas in mōtibus excelsis. Is-  
 rael, in riuis & in cunctis sedibus ter-  
 ræ: in pascuis vberimis pascam eas,  
 & in montibus Israel erunt pascuæ  
 earum: ibi quiescent in herbis viren-  
 tibus. ego pascam oues meas & accu-  
 bare eas faciam, dicit dominus. Ma-  
 gna sunt proculdubio charissimi,  
 quæ nūc vates facerrimus nobis nar-  
 rauit, nec possumus cūcta explanare,  
 vos



vos obsecro penitus ea expendite. Paschua vberima, sacramenta sunt, quib<sup>9</sup> in ecclesia sancta utimur. Excel si montes Israel, facta eloquia & arcana diuina designant, quae nimirum mentem nostram ad sydereia regna contemplanda nos erigunt. O felix orthodoxus, qui inibi cubat, requiescit, & cum sponsa decantare valet: ego dormio & cor meum vigilat. Et rursus cum Dauide concinit. in pace in idipsum dormiam & requiescant. Haecenus de paschuis ouium Christi Iesu sit satis.

Secundo boni pastoris munus est, regere gregem suum: ideo dominus optimum pastorem declinat, & ceu natiuis coloribus eum depingens ait. educit eas, & ante eas vadit. Nonne prius coepit facere Iesus quam docere, ut nos eum sequamur eximias eius virtutes imitantes? Qui vult venire post me, inquit, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Vbi excellentiam liberi arbitri

Canti. 5.

Psal. 4.

Ioan. 10.

arbitri palam facit, hereticorum commenta euertens hoc solo verbo, qui vult. Obedientiam subinde suadet, nam abnegatio sui gratum Deo holocaustum est: imò melior est obedientia quam victimae. Denique poenitentiam vehementer commonefacit, crucem ob oculos nostros ponens. Cui sententiae alludit illud Petri. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius: praecedat dominus meus & sequar ego, dicebat vir sanctus Iacob fratri suo Esau. Ecce iam frater noster, & dominus praecessit: rumpamus moras, & quam primum nos eum sequamur, vestigia pastoris nostri sectemur: alioqui oues illius non erimus.

Tertio denique pastor noster omni solertia & vigilantia oues suas tutatur. Mirabile dictu fratres quibus laboribus, quibus periculis se saluator opposuerit, ut nos à luporum incursu tueretur. En David aduersus gigantem monstruosum Goliath, contra superbum

1. Re. 15.

1. Petr. 2

1. Re. 17.

Figura.

superbum Satanam certauit; quo nos ab eius tyrannide liberaret. Propheta ille custodiens oues patris sui, in leonem & vrsu[m] irruens fortiter pugnavit, & illos membratim dilaceravit, vt in sacra pagina memorie produrum est: & ad eandem imaginem noster pastor Christus, vt animas nostras custodiat, congressus est cum diabolo, quem gloriose diuicit, & mirabiliter eum triumphauit. Iam iam Pharao subdolos prostratus est, & exercitus illius penitus periit: ita vt decantare omnes fideles iure valeamus gloriose enim magnificatus est dominus & rex noster: equum & accensorem proiecit in mari rubro, sui sanguinis pretiosi. Sane si Iacob soceri sui Laban oues custodiens noctes ducebat insomnes noster pastor Christus Iesus pernoctabat in oratione, velut euangelista narrat, ne ferarum animæ nostræ paterentur incursus. En fratres quomodo cuncti patres antiqui pastores, hunc optimi

1. Reg.

Gen. 31

munt

num pastorē adumbrabant. Sed iam fas est, vt seriem euangelij prosequamur.

Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Text.

Agnoscit quidem Christus oues suas, quæ mites sunt, & humiles corde, quam mititatem & mansuetudinem ab ipso didicerunt, eo præcipiente ac dicente. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Superbos vero & feros, qui currunt ad effundendum sanguinem fratrum suorum, non agnoscere vult, vt eis dona imperiat: sed vt illis pœnas irroget perpetuas. Hinc stultis virginibus dictum Mat. 25. est. Nescio vos, clausa est Ianua. O verbum horrifonum, & modis omnibus fugiendum, nescio vos, non estis ex ouibus meis, sed ex diaboli hircis. Sic illi qui in nomine Christi prophetarunt, & quæ plurima portenta fecerunt, audiēt. Luc. 13. Discedite à me operarij iniquitatis. Quare hoc? nempe non noui vos, æquissimus responder

F iudex.

iudex. At contra dominus nouit qui sunt eius: nouit viam iustorum, & agnoscendo approbat, ac complacet in eis. Vnde ad Moſem dominus clamat Ego agnoui te ex nomine. Perinde dicat, agnosco & diligo te. Itaq; de cognitione affectiua est sermo.

Exod. 3:

Ac si dicat, video vbi sint oues meæ, quid ipsis accidat, quid patiantur, & miserrus eas adiuuo, meditatâsque oblectationes illis impendo. Quomodo Deus optimus vſitat animas electorum suorum quotidie, egregie docet. S. Thom. 1. dist. 15 & 16 cæterum verbum hoc, cognosco oues meas sicut bonus pastor, prælatos iâgit & eos taxat, qui nūquam, vel serò subditos sibi cōmissos vſitant. Etenim pastor bonus oues suas vocat nominatim, quòd nī eas agnorit, effice re non potest. Diligēter agnosce vultum pecoris tui, clamat sapiēs. Sanè iudicium durissimū fiet ijs qui presunt eo quod aliquando negotijs seculi implicati, oues suas non agnoscent.

S. Tho. 1. d. 15.

etunt. At contra saluator noster ceu pastor egregius, agnoscit septē milia virorum, qui coram Baal haud genua sua curuant, mundum, & quæ mundi sunt fugacia, forti animo spernentes. Imo agnoscit Nathanaelem sub ficu, & magnopere diligit, tāquam verum Israelitam, in quo nihil doli est.

3. Re. 19

Ioan. 17

Neque id frustra fit: agnoscunt vicissim oues Christi, & toto pectore amant suum pastorem. Agnoscunt meæ me, ait, morem mihi gerentes, in auditu auris obtemperant mandatis meis. Quòd planè de apostolis tantum non asseruit, sed de omnibus fidelibus, qui in eum credituri erant: neq; officit quicquā, quòd de præsentī loquatur, ob certitudinem & infabilem veritatem. Vbi aduertēdum, quòd longè aliud est Christum sequi actu, vel prædestinatione. Petrus negans Christum, ouis erat eius, non actu sed prædestinatione: & ideo egressus foras fleuit amarè. Idoue de

Nota

Acto. 9:

Paulo tempore persequutionis, ubi ecclesiam expugnabat, dicendū est. O magnum mysterium: Saulus lupus rapax erat, ecclesiam degrassando, & tunc prædeterminatione ovis erat Christi. Aliòqui ipse non diceret. Qui segregavit me ex utero matris meæ. Veh illis qui ut licentiosius vivant, & habenas luxuriæ suæ fusius laxent, ut pessimus ille Pharaeo dicuntur.

Exod. 5. Dominum non novi. E contrario felices sumus si Christum adoramus, & tanquam creatori & redemptori inexhaustas grates ei habemus: si illud Osæ proclamamus, tum corde, tum etiam ore. Vivemus in conspectu tuo, sciemus & sequemur te:

Oscæ. 6

Canti. 6 & iterum cum sponsa dixerimus. Dilectus meus mihi, & ego illi, inter vbera mea comorabitur. En oves Christi Iesu quæ sint gratæ, pastorem suum nedum agnoscentes, sed quod plus momenti habet, eum unice amantes.

Text. Sicut novit me pater & ego agnosco patrem: & animam meam pono

no pro oibus meis.

Vocula illa sicut, aliquando similitudinem tantum indicat, ut ibi: diliges proximum tuum sicut te ipsum. Perspicuum est, quod plus teneor diligere me, quam proximum. Et rursus. Ioan. 15. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Aliquando verò æqualitatem significat. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit filio vitam habere in semetipso. Ecce hoc loco æqualitatem & parilitatē dictio illa, sicut præsignat. Nunc verò utriusque ostendit: nam Christus quatenus Deus, æque cognoscit, & diligit patrem, sicut pater unigenitum filium suum agnoscit & diligit: eadē scientia, idemque amor patri & filio est, quemadmodum eadem est deitas utriusque. Itaque notitia comprehensiva, pater cognoscit filium suum, & filius vicissim agnoscit patrem: quippe qui ob nimium amorem patris, instituit mori pro nobis. Et ideo è vestigio subnectit. Et animam meam

**Ioan. 10.** pono pro ouibus meis. Et alibi, pro-  
 pterea me diligit pater, quia animam  
 meam do pro ouibus meis. Tadem  
 saluator ut homo est, patrem diligit  
 sicut pater eum amat, non æqualita-  
 te, sed similitudine quadam hoc fa-  
 ciens. Cæterum suæ passionis sancte  
 nos admonet, & charitatem inenar-  
 rabilem suam ob oculos nostros po-  
 nit: quod agnoscamus, quanto labo-  
 re, quantoque pretio oues suas eme-  
 re voluit. Non argento & auro em-  
 pti estis, quæ corruptibilia sunt, sed  
 pretioso sanguine agni immaculati  
**1. Petr. 1.** ait diuus Petrus. Verba sunt annota-  
 tu dignissima, cauere memoriæ vestra  
 effluent. Nunc gētium populū in-  
 dicat dicens.

**Tex.** Et alias oues habeo, quæ non sunt  
 ex hoc ouili, & illas oportet me addu-  
 cere, & vocem meam audient.

**Rom. 10** Ne fortè quis falsò existimet, quod  
 Iudeorum tantum sit Deus, & nō gē-  
 tium, præclare hoc addidit. Gentes  
 oues suas appellat, nam prædestina-  
 tione

tionem eas iam possidebat, tamen nō  
 actu, nisi expleta iam totius mundi  
 redemptione: tunc plene dixit. Ite  
 in vniuersum mundum, & prædica-  
 te euangelium omni creaturæ. Huc  
 attinet illud. Postula à me & dabo ti  
 bigētes hereditatē tuā, & possessiōnē  
 tuā terminos terre. Et in Malachia. **Malac. 1.**  
 Ab ortu solis vsq; ad occasū magnū  
 est nomen meum in gentibus. Sunt  
 propemodum innumera oracula vo-  
 cationem gentium subindicantia:  
 imò ij sunt, qui ab Oriente & occidē-  
 te venturi erant, ut recumbentes cū  
 Abraham & Isaac, in cælo regnarēt:  
 sicuti ore suo benedictio ipse depro-  
 pserat. Quod autem dictum est, vocē  
 meam audient, tum obedientiam, &  
 spontaneam voluntatem ouium, tum  
 energiam verbi Dei indicat. Viuus  
 est sermo Dei & efficax: & penetrabi-  
 lior omni gladio ancipiti. Hoc ha-  
 mo corda nostra subieuauit. Chri-  
 stus Iesus, & de voragine profunda  
 peccatorum liberauit. Quæ omnia

ed tendebant, vt vnitas ecclesie ap-  
pareret. Ideo ait.

**Text.** Et erit vnum ouile, & vnus pastor:

**Canti. 6** Vnitatem sanctae ecclesiae verbis ijs  
dominus depingit: quippe qua, Salo-  
mon in canticis vaticinatus est. Vna  
est coluba mea, vna est perfecta mea.  
Ecce quibus encomijs eam effert sp̄s  
sus Christus Iesus. Vna quidem Noe  
columba fuit, quae ramum oliuae af-  
ferens virentibus folijs ad arcam re-  
dijt: & teste Augustino, ramus ille  
oleas habebat. Sic vna est ecclesia  
Christi tantum, quae misericordiam  
Dei experit, gemitus verae poeniten-  
tiae emittens: vna & vnica sponsa do-  
mini, quae mandata summi numinis  
implet: & haec Romana ecclesia est:  
**Hereti-** in hac duntaxat reperitur veritas, in lu-  
**corum** porum autem sectis horrenda varie-  
**disidia.** tas, & mendacium. Sic Arrius contra  
Sabellium, Manichaeus aduersum Do-  
natum, Philippus Melancton con-  
tra Lutherum, quae multa loquuntur  
digladiantes. Error nec in vno loco  
conso-

consensus esse potest, veritas quidem  
per vniuersam terrarum climata vna  
est. Quam vnitatem solus ille effice-  
re potuit, qui caput ecclesiae est Chri-  
stus Iesus. Hic parietem dissoluit op-  
petens mortem, vt iam ex vtroque  
populo vnā sponsam, vnāque ec-  
clesiam constituat. Hic est pax nostra **Eph. 2.**  
qui fecit vtraque vnum: quod vno cor-  
de, vno & ore eum laudemus, illi soli  
inferuiamus, ei totos nos sponte of-  
feramus, cui sit imperium & gloria,  
cum patre, & sancto flamine. Amen.

**SO ANNOTATIONES**

*appendices.*

**PRIMO** annotare lubet: quanto  
quaque flammigero amore filius  
Dei homines dilexit: qui cum diues  
esset, pauper factus est, vt eius inopia  
nos diuites essemus, ceu apostolus **1. Cor. 8**  
scite asserit: quiq; tam fuit nostri cu-

**Annexa  
tio pri-  
ma.**

pidissimus vt nonaginta noue oues  
 reliquerit in celo, & veniens in huc  
 mundum factus homo, vnam et si in-  
 firmam, atq; leonis cruenti morfir-  
 bus laceratam, per abrupta montium,  
 & concaua vallium queritavit, hu-  
 meris suis sacris imposuit, & ad cau-  
 las angelorum reportauit. O pasto-  
 rem bonum, qui pro ouibus suis sal-  
 uandis, dilectam animam posuit.

1. Co. 6.

Hinc apostolus nos hortatur. Empti  
 enim estis pretio magno: glorificate  
 & portate Deum in corpore vestro.  
 Agite fratres & Christum Iesum pasto-  
 rem maximum sequimini, mundi  
 fallacis bonis abdicatis, quia non  
 estis vestri, sed Christi, qui pro vobis  
 mortuus est.

Secundo potissime notandum est,  
 quam sit ingens piaculum, quando quis  
 animarum curam solo quaestu affe-  
 ctus accipit: hunc mercenarium vo-  
 cat saluator & quidem recte, quonia  
 per otium non intrauit, nec subditi-  
 rum commodo studet, sed qui pro-  
 pria

pria sunt querit. Scopus ergo boni  
 pastoris is est, vt gregis sui vtilitati in-  
 cumbat: & dignitatem accipiat, non  
 ad destructionem, sed ad aedificatio-  
 nem. Huc pertinet illud Pauli. Qui  
 episcopatum desiderat, bonum opus  
 desiderat. Vbi beatus Augustinus S. Aug.  
 egregie notat. Ecce episcopatus no- li. de ci-  
 men est oneris, non honoris: non er-  
 go licet appetere praesse sed prodesse  
 populo. Locus superior, sine quo  
 populus regi non potest, etiam si ad-  
 ministratur vt decet, indecenter ta-  
 men appetitur. S. Augustinus lib. 19  
 de ciui. ca. 19. Gentile est primatum  
 appetere, ait Chrysostomus super S. Chry-  
 Matheum. Et iterum, opus quidem  
 bonum desiderare bonum est, prima-  
 tum autem honoris concupiscere,  
 vanitas est. De hoc latius. S. Tho. 22  
 quest. 185. ar. 1.

Tertio maxime obseruandum, quam  
 sint pastores ecclesiae astricti, quia  
 bona sua, etiam vitam pro ani-  
 marum salute exponere tenentur.

**Bonus pastor,** ait dominus, animam suam dat pro ouibus suis. Clamat apostolus, & haud dubiè recte. Hic ià queritur inter dispensatores, fidelis quis inueniatur? Sanè bona ecclesiastica pauperum sunt, dèptis illis quibus episcopus, vel parochus opus habet. Hinc diuus Augustinus ab Bonifacium. Si priuatum possidemus bonum quod nobis sufficiat, non alia bona nostra sunt, sed illorum, quorù procuracionem gerimus; non proprietatem nobis vsurpatione dånabili vendicemus. Audiant prælati ecclesie illud diui Ambrosij, & expauescant. Si non pauisti pauperē, occidisti. Et S. Tho. 22. q. 185. art. 7. sic ait. Si episcopus aliquid sibi vsurpat eorum quæ eroganda sunt pauperibus, aut ministris ecclesie, vel cultui diuino, mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur. Quanto autem ardore & zelo ardere oporteat prælatū erga oues suas pascendas, & moderandas, pulchrè suadet sanctus Bernardus

r. Cor. 4

S. Amb.

Nota.

S. Bern.  
ta canti.

qus sermone. 18. in cātica. Exponēs illud, oleum effusum nomen tuum. Et ser. 76. super illud, inuenerūt me vigiles. &c.

Quarto, silentio prætereundum non est, quòd nomen pastoris, non modò prælatos & sanctæ ecclesie ministros amplectitur, sed reges, & patres familias, & quotquot ciuitatem aut republicam moderantur. Qui dico nostro, pastor meus, voluntatem meam faciet. Verum rex ille ethniscus erat, & idōla colebat muta, nihilominus pastorem suum Deus illum appellat, qui non propriam sed Dei summi voluntatem faciebat, libertati populū domini exhibens: quanto magis principes fideles, & gubernatores oportet pastores boni partes exercere, vt summi pastoris Christi voluntatem faciant, & illius sancta adimpleant mandata? Nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Hæc regalis

47

Esa. 44

Psal.



regalis propheta, tum regibus, tum  
& quibusuis principatum habenti-  
bus loquitur: ipsi paraneticum ver-  
bum hoc cordi suo figant.

Quinto denique animaduersione  
dignum est, quod saluator ait. Oues  
meę vocem meam audiēt. Quando-  
quidem verbum Christi lucerna pe-  
dibus nostris est, & lumē semitis qui-  
bus gradimur ad ætherea regna con-  
uolantes. Hanc ob causam, desiderā-  
ti sponsę faciem sponsi videre respō-  
sum est. Murenulas aureas faciemus  
tibi, vermiculatas argento. Equidem  
vtrūque testamentum, in quibus de  
humanitate, & diuinitate Christi af-  
fatim explicatur, ceu murenulę au-  
reę vermiculatę argento sunt: eò q̄  
hisce vel maximē armatur mens no-  
stra. Sanē vbi mulieres Hebręę has  
murenulas deposuerunt, confestim  
idōlum coluerunt. Videte quā opus  
nobis sit, verba Dei quotidie audire.  
Quin & dominus ait. Qui ex Deo est  
verba Dei audit.

*Canti. 1.*

*Figura.  
Exod. 33.*

DECLA-

**SO D O M I N I C A T E R T I A**  
*post pascha, declamatio  
tertia.*



V A M sit magna  
summi numinis cle-  
mentia & pietas  
potissimē erga ele-  
ctos suos, nemo  
tam est stupidus  
aut rudis, qui in re tam conspi-  
cua addubitet. Quin etiam sacra pa-  
gina plena est testimonijs, Dei opti-  
mi maximiq; beneficentiam conte-  
stantibus. Vnde per Esaiam sic cla-  
mat. Ad punctum in modico dereli-  
qui te, & in miserationibus magnis  
colligam te. Sanē fratres, qui nos ex  
nihilō creauit, & ex limo primi par-  
tis corp⁹ fabricfecit, is ipse cognouit  
figmentū nostrum, & recordatus est  
quoniā puluis sumus. Qui ergo peni-  
tius fragilitatē nostrā nouit, ne in tri-  
bulatione succumbamus, ad punctū

*Esa. 1. 4.*

in

in tribulatione nos cruciari finit, nō longo tēporis spatio: eadēq; calamitate transacta colligit nos in miserationibus suis, non quibusuis sed magnis, quemadmodum isthec promissio sua indicat. Itaq; viscera Dei nostri, charitatis & beneuolētiae plena, electos diu in ærumna versari nō patiuntur, quo minus confestim eis subueniant, ac consolentur. Id quod in presenti euangelio compertissimum est: in quo primò saluator noster tristia loqui ur apostolis suis de morte sua enarrās. subinde læta prenūtiat de resurrectione gloriosa sua differens, promittens rursus eos inuisere, & eorum aspectibus se offerre. Nunc sacram euangelij lectionem, Christi Iesu auspicio freti pro ruditate nostra explicemus, quę talis est.

Summa euāgelij.

Euangelium. Ioan. 16

Modicum & iam nō videbitis me, iterum modicū & videbitis me, quia vado ad patrem.

Pars aliqua hæc est sermonis præcellentissimi, quem saluator noster edidit

edidit in cœna vltima, quando apostolorum pedes lauit, & seipsum edē dum discipulis præbuit: vbi plurima de nece sua, deque calamitatibus suis prædixerat, promittens eis Spiritum sanctum, vt pote consolatorem, & spiritum veritatis, qui planè doceret eos omnem veritatem. Rursus nō nihil gaudij præse ferebat verbū illud, vado ad patrem. Nunc verò suæ passionis eos admonet, vt minus iacula feriant eorū corda, quippe quę præuidentur. Sensus verborum Christi Iesu est. Breui admodum mortē obire volo, & à conspectibus vestris subducendus sum, triduo me non videbitis: & hoc per synecdochē, vbi pars pro toto sumitur. Itaque primū modicum tempus suæ acerrimæ mortis indicat, quemadmodū paulo post ore suo sacro ipse ingenuè ostendit. Quæ profectò verba nobis quotidie ipse profert, modicum & iam non videbitis. Canete orthodoxi mei, lō-

S. Greg.

Moralium

cata peccatis addatis. Breuēs dies ho-  
 minis sunt, & numerus mensū eius,  
 non apud vos, sed apud Deum est:  
 ceu perbellē vir Iob, rectus, & timēs  
 Deum contestatur. Quæ nam est vi-  
 ta vestra, nisi vapor ad modicum pa-  
 tens? Quorsum tot opes, honores  
 fallaces anhelō spiritu vindicare  
 conamini? Omnis caro fœnum, &  
 omnis gloria eius quasi flos fœni, ro-  
 nat Esaias. Non ergo si res sic habet,  
 in externa prosperitate confidatis,  
 nec tempus gratiæ negligere velitis.  
 Quin etiam dum tempus habetis o-  
 peramini bonum, vel maximē ad do-  
 mesticos fidei, vti apostolus præcla-  
 rē admonet. O verbum pectoribus  
 nostris figendum, & tenaci memoria  
 tenendum. Modicum & iam non vi-  
 debitis me! Modicum tempus habe-  
 tis, vigilate, satagite, vt per bona ope-  
 ra certam faciatis vestram vocationē.  
 Atqui quoniam pater misericordia-  
 rum est Iesus, & Deus totius conso-  
 lationis, postquam breuitatem præ-  
 sentia

Iob. 1.

Esa. 40.

Gala. 6.

1. Pet. 1.

sentia suæ depinxit, subinde valde læ-  
 ta subnectit. Iterum modicum & vi-  
 debitis me, quia vado ad patrem.

Text.

Ecce beneficentissimus magister,  
 ac pius parēs tristibus læta miscens,  
 filios suos vnice dilectos solari moli-  
 tur. Nempe hoc verbo significat, se  
 breui resurrecturum, & illos, morte  
 iam expūcta, diaboloque superato  
 visurum. Vbi aduertendum valde est  
 quod vtrūque coniungit, mortem  
 videlicet & resurrectionem, tristiā,  
 & consolationem. Non videbitis me  
 magnam mœstitudinem præ se affe-  
 rebat, iuxta illud, quia hæc dixi vobis  
 tristitia impleuit cor vestrum. Perin-  
 de dicat, non sanè vtcūque corda ve-  
 stra tetigit passiōis meæ confabula-  
 tio, sed vehementer pectora vestra,  
 vt gladius pertransiuit, mœror qui-  
 dāque impleuit: animæ quiores igitur  
 estote, & nullatenus animū des-  
 pondeatis, post paululum videbitis  
 me, gloriosum & triumphatorem.

Ioan. 16

Triduo elapso euomuit piscis ille Io *Figura:*

nam prophetam, & ad eandem imaginem sepulchrum meū lapide magno superposito euomet me. Ioseph innocens attonsus de carcere exhibit, veste regia decoratus. Sic enim scriptum est. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.

*Gen. 41* Vesperum appellauit Christi Iesu mortem: matutinum, iucundissimā & triumphalem eius resurrectionē vocauit. Tunc pollicitatio cælestis patris affatim impleta constat, non dabis sanctum tuū videre corruptionem. Fas quidem non erat, vt statim post obitum suum in cruce suscitaret, oportebat nimirum inuisere patres antiquos, qui in lacu sine aqua erant, vt Zacharias prophetarat. Sed de his in declamatione resurrectionis fusius tractauimus. Quòd se abiturum ad patrem asserit, non vulgare solatium illis, nec non & nobis orthodoxis præstat Perinde dicat. Quā quā tot probra, flagra, & calamitates patiar, non peribo, sed mors mea via est

est ad patrem meum. Hæc Chrysostomus, homi. 78. super Ioannem. O nos felices charissimi si Deum toto corde diligamus, & mandata eius opere impleamus. Nempe mors nostra haud mors, sed translatio, & iter ad patrem cælestem iure vocari debet. Vnde Paulus omnes fideles exhortans ait. Nolo vos ignorare de dormientibus, sicut & ceteri qui spēs non habēt. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus, eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Quid multis opus est? Saluator de amico suo Lazaro dixit. Lazarus amicus noster dormit. Improbos viros, etsi fide præditos, infideles, & neochristinos, mors furibunda rapit, & in infernum pertrahit, vbi teste Ioanne, desiderabūt mori, fugiet autem mors ab illis, imò mors depascet eos, ita vt viuētes moriantur, & morientes perpetim viuāt at contra, pij viri qui caput suū per omnia sectantur, eadem verba iubi-

Chryso.  
ho 78.  
in Ioan.

1. The. 4

Ioan. 11.

Apo. 9.

Nota

lantes reperūt, morte appropinquāte, vado ad patrem. Clamat vir iustus incunctanter, è carcere sponte exeo, exilium calamitosum lubens relinquo, corpus hoc terrenum gaudenter depono. Ecce simplicem tristitiam, quam apostoli de abscessu optimi magistri perferebant, bifario gaudio seriose delinit. At apostoli, utpote rudes, & ingenti mœtore affecti, non verba magistri optimi calent: quin, & inscitiam suā ingenuè fatentur, Vnde sequitur.

Text.

Dicebāt ergo. Quid est hoc, quod dicit nobis, modicum & non videbitis me? & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem? Quid est quod dicit nobis modicū? nescimus quid loquitur.

Nedū nimia tristitia in causa erat; ut ab eorū intellectu saluatoris verba aufugerent, nam ascendente Christo Hierosolymam, eis fusius, & lucidius suam mortem, comprehensionem, flagella, & ludibria exposuit.

Verunta-

Verūtāmē Lucas ait. Ipsi verò nihil horum intellexerūt. In quinquagesima vberius hoc explicare conati sumus, nunc sat sit, hoc exploratum habere, quòd ob id verba Christi capere nequibant, quia vel maximè vocentius horrebant. Nam voluntas, tam est potēs, ut intellectum omnesque animę potentias pertrahat. Vnde haud immeritò philosophus, voluntatem reginam animę appellauit. Verum, paulò superius quando eis dixit, vado ad patrem, nihil dubitauerant, teste Augustino: nunc autē quia bis modicum loquitur, capere nequeunt quid loquatur: imò paradoxum eis videbatur, videre & nō videre eum: quam ob causam dicunt. Quid est hoc quod dicit nobis modicum? Sane in sacra scriptura nonnulla Spiritus sanctus obscurius loquitur, ut doctiores omnem securiā deponāt, & lectione diutina, & oratione se ipsos exercent.

(.Augu.)

Cæterū, apostoli aiunt, nescimus

quid loquitur. Iam appetunt scire, quod minimè intelligebant, & veluti cum David, saltem affectu orantes dicunt. Da mihi intellectum domine, ut discam in data tua. Et rursus, nos oratione indigemus, ut quæ abdi-  
 ra sunt producamus in Lucem. Unde Salomon sic precabatur. Domine da mihi sedium tuarum assistentiam, Ecce nihil tam impedit sacre scripturæ intellectum, quam affectus. Seponat ergo oportet concionator affectus suos, alioqui facile scripturas retorquet ad suum prauum affectum; id quod heu, in hæreticis improbis accidere videmus. Obseruandum vel maximè est, quanta sit humilitatis virtus: nequaquam dicunt, nescit quod loquitur, quia blasphemia magna esset: sed signanter inquit nos nescimus quid loquatur, tarditati & ruditati sue ascribentes hoc, ipse verò optime loquutus est, quia sapientissimus. Ecce fons ex quo tot hereses scaturiunt: non plane

*Psal. 118*

*Sap. 2.*

*Nota*

*Hereses vnde or-  
te.*

nè hæretici, utpote superbi, sese humiliare volūt, ut à sacra matre sua ecclesia Romana, quippe quæ, eos in sacro baptisinate genuit, discat ea, quæ hebetudo sua intelligere nequit. Profecto ij sunt quos cauere saluator præcepit dicens. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Lupi quidem iure  
 optimo à domino nūcupantur, qui sua pte natura oues iugulare contendunt. Rapaces sunt, quoniã animas fidelium dilacerare, & deuorare moliantur. Quos quidem truculentos lupos, natiuis coloribus depingens apostolus, ad Timotheum sic ait. Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, artēdentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hipocrysi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam. Idque apostolorum princeps nullatenus racuit, sed eandem sententiam repetens etsi alijs verbis dixit.

*Matt. 7.*

*2. Tim. 4*

*2. Pet. 3.*

Iudæ.  
vni.

Hoc primum scientes, quòd venient in nouissimis temporibus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes. Denique Iudas in sua epistola inquit. Vos charissimi memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebāt vobis, quoniam in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus: hi sunt qui segregant semet ipsos, animales spiritum non habentes. Quid obsecro lucidius dici potuit, vt Lutheranos, Anabaptistas, & complices eorum, agnoscamus filios perditionis fore? In petulantia sua decepti sacram scripturam nō intelligunt, & tanquam indocti, & instabiles, deprauant scripturas, sicut diuus Petrus testatur. O si omnes quam primum procumbentes cum apostolis dicerent. Nescimus quid loquitur, Mattheus, vel Ioannes, vel Paulus, Nempe pia parens Romana ecclesia

2. Pet. 3.

Ecclesiæ  
spiritus.

ecclesia eos vnus extentis, serenòq; vultu susciperet, & doceret quæ illi antehac ignorabant. Habet ipsa, vt pote sponsa Christi, spiritum sponsi sui, quo edocta, nobis Christi Iesu verba, & apostolorum eloquia, nec non & vetus testamentum dilucide explicat. Nos verò toto affectu suppliciter Christum Iesum precemur, ne eos sinat in suis erroribus perire: sed omnes illos, quātocyus illuminare dignetur, vt confestim resipiscētes salubrem pœnitentiam agant. Cæterum quia saluator noster Deus est, ac proinde omniscius, eum latere non potuit quod discipuli tractabant, & inuicem loquebantur. Ideo sequitur.

Text.

Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit. De hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me: & iterū modicum & non videbitis me.

En quantū veritatis habeat oraculum illud in Esaia conscriptum. Et erit

Esa. 65.

erit antequam clament, ego exaudiā antequam ore clament deprecantes ego internum desiderium audiā electorum meorum. O quomodo nos solatur pollicitatio hæc fratres! Tāta est Dei cura & sollicitudo erga nos vt ipsi non orantibus, dona plurima Deus optimus impendat. Exemplo nobis sit Moses, quo tacente vocem cælicam audiuit. **Quid** clamas ad me? Vnde sole ipso lucidius apparet, quod animæ nostrę sanctum desiderium clamor est æthera ipsa penetrans. Cognouit ergo Iesus desiderium apostolorum: cognouit oculis suæ diuinitatis: cognouit etiam oculis animæ suę beatæ: quippe quę fruebatur verbo, cui humanitas illa benedicta vnita erat vnione hypostatica. Mirabile dictu, facerrima Christi Iesu anima, veluti in speculo, in verbo agnouit omnia præterita, præsentia & futura: quanquam possibilia fieri, eo quod sunt infinita non agnouerit. Scotus: 3. distin. 14. & sicuti

Exo. 14.

cuti pulchrè probat Sanctus doctor, sicut in Christo fuit omnis plenitudo gratię, ita fuit omnis plenitudo scientiæ. 3. p. q. 15. arti. 3. Ecce lapis quem Zacharias intuitus est, & ideo in illo asserit septem oculos fore. **Qui** verò omnia sciebat, apostolorū quęstionem haud ignorare potuit. Vel agnouit hoc per experimentalē scientiam, in qua proficere poterat, vt Lucas narrat dicens. Proficiebat Iesus sapientia, & ætate. Lucę. 2. ô in enarrabilis Christi Iesu pietas! Ruditatem, & stupiditatem nostram ferre non valet, quo minus nobis subueniat, doceat, & illuminet mentes nostras. Sanè perbellè in psalmo scriptum est. Sicut miseretur pater filiorum, miserus est dominus timentibus se, quoniā ipse cognouit figmentum nostrum. Idq; notum videmus in apostolis, quos sic piè instruxit, sic leni sermone edocuit quæ dubitabāt. Beatus quem tu Iesu bone erudieris, & de lege tua docueris eum:

S. Tho. 3. p. q. 15.

Zach. 7.

Nota

Psal. 102

Psal.

& verè



& verè felix, qui talem ac tatum magistrum habet, cuius doctrinā gestat in corde. Sed quid docuerit discipulos audiamus.

**Text.** De hoc queritis inter vos, quia dixi modicum & iam nō videbitis me. verba hæc siue interrogatiue legantur, siue non, nihil refert, eadem veritas extat semper: indicat se omnia scire. Nam dubio procul, ipse est, qui intuetur cor, & cordis arcana nouit. Vos fratres vigilate, & toto nisu incubite, vt cogitationes inique cordi vestro non infideant. Muscæ morientes, perdunt suauitatem vnguēti, teste Salomone. Et in Esaia clamat dominus. Auferte malum cogitationū vestrarum ab oculis meis. Cui sententię alludit saluator, persequutores suos taxans. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? At qui tanquam explicans quæ prius subobscurè dixerat, ait.

**Text.** Amen, amen, dico vobis quia plorabitis & flebitis vos; mundus autem gaude-

gaudebit.

Roger quis & dicat. Quis fieri potest, vt saluator iuramento vtatur, qui orthodoxos suos docuit nō iurare? Sit sermo vester, est, est, non, non: **Mat. 5.** Quod amplius est à malo est. Hoc dogma diuinum, & philosophiam cælestem ore suo sacro nobis reliquit Christus Iesus, quod vtinam omnes fideles seruaent, & ob oculos suos haberent: quo pro nefas, nihil minus hodie inter fideles seruaatur. Ad rem. Amen, in sacra pagina tantundem valet, vt verè. Quis ergo dixerit, verè vobis dico: non peierans est. Nec qui loquitur sic, in veritate vobis loquor: nisi in prima, vel per primam veritatem, quę est Deus, intendat asserere aliquid. Hinc viri religio si aliquando dicunt. In veritate dico vobis. Verum in presentiarum dominus cū exaggeratione loquitur, & nō iurat: vel si iuramento vtatur, ob id factum est, quia maximè expediebat. Talis est carnis nostre genius, tanta nobis

nobis inest fragilitas & infirmitas ad credendum ea, que sensus & intellectum nostrum excellunt, vt vel maxime iureiurando indigeamus. Erat sane mirum in modum acerba res apostolis Christi Iesu passio, necnon & graue nimis, videre Hebræos infestatores exultantes in nece sui magistri & ob hanc causam, sic eos alloquitur. Amen, amen, dico vobis. Hoc est verè, verè, ita continget vobis vt dico: plorabitis & flebitis vos. Plorare suapte natura indicat flendo suspiria iactare, & verba doloris plena promittere: flere verò abunde lachrymas emittere. Plorans plorauit in nocte, & lachrymę eius in maxillis eius. Ecce ploratus, & fletus simul. Plorauerunt, & fleuerunt planè apostoli, vehementer dolentes super atrocem mortem magistri sui magnopere dilecti. Ecce filij Israel magnum planctum fecerunt capta arca Dei summi non linea intus foris deaurata, sed in qua erant omnes thesauri sapientię

Treno.

pietię, & scientię Dei absconditi, que madmodum exactè apostolus testatur. At contra Philistin improbitate ingenti affecti, mouentes capita sua clamabant. Vah, qui destruis templum Dei, & post triduum reedificas illud. Rursus Hebræi Sanson comprehenso tristabantur, & Philistim gliscentes gloriam dijs suis mutis in templo dabant. Et ad eundem modum apostoli saluatore iam victo, magnopere flebant persecutoribus, valde gaudentibus: veruntamen arca domini in suum restituta locum, Christo Iesu potenti sua virtute suscitato, tristitia sunt aduersarij confecti, & discipuli versa vice gaudio ineffabili exhilarati. Sed obseruandum hic est, quòd non apostolis duntaxat dominus dixit hoc retrum nunciũ, sed cunctos fideles alloquitur. Itaque quotidie vox hæc quamuis carni fragilli horrifona, in ecclesia sancta tonat. Amen, amen, dico vobis, plorabitis & flebitis vos. Nonne regis nostri

i. Re. 14  
Figura.

Iudi. 16  
Figura.

H

Christi

Christi Iesu verba ea sunt? Si me persecuti sunt & vos persequentur? Et iterum. Non est maior seruus domino suo? Quid obsecro miramur aduē tante calamitate, & cruciante tribulatione? si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.

Ioan. 15. Ecce quā sapissimē nobis eandem veritatem varijs verbis inculcat. Huc  
1. Thi. 3. pertinet illud Pauli. Omnes qui piē viuere volunt in Christo Iesu persecutiones patiētur. Verūm si collubet sacram paginam euoluere, viros iustos ab exordio mūdi inueniemus à sceleratis persecutos. Cainus cruentus Abel fratrem suū sanctum dolo occidit. Ismael iustum Isaac insectabatur. Esau Iacob: filij Iacob, innocentem Ioseph: Saul regem David: Pharisæi Christum filium Dei persecuti sunt: & eum cruci affixerunt. Ecce charissimi quid pij homines expectare debeant, nempe planctus & fletus, iuxta saluatoris vaticinium: plorabitis & flebitis vos. O centies felices, de quibus

de quibus regalis propheta ait. Euntes ibant & flebant, mittētes semina sua. Ii profecto venientes venient cū exultatione, portantes manipulos suos: iubilo magno gaudētes Deum videbunt sicuti est, & ibi de operibus bonis ineffabiliter lætabuntur. Plan-  
gunt sancti viri in hac vita sua piacula: vnde legimus, exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Flent & aliena delicta, & zelo candido accesserunt. vidi prauaticantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Rursus ingemiscunt in hoc exilio peregrini, quamobrem indefessē clamant. Heu mihi quia incolatus prolongatus est. Tandem lachrymātur, & nō vulgari mœrore affecti de beatitudinis suæ dilatione lacrymas affatim effundunt exclamantes. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Cur ita? nam dicitur mihi vbi est Deus tuus? Videtis quomodo nunquā deficiunt iustis in hac labili

Nota

Psal. 118.

Psal.

Psal. 119

Psal. 41.

vita causæ plangendi. Quandoquidem qui penitius seipsum agnoscit, & innumera mundi mala rota animi sui attentione considerat, incessanter defleat necessum est. Ceterum iustis flentibus, quid mundus insipiens faciat, operæpretium erit iam videre.

**Text.**

Mundus autem gaudebit, vos verò cōtristabimini, sed tristitia vestra cōuertetur in gaudium.

Hoc loco nisi fallor, mundus nō cælos, terramue, aut machinam hanc visibilem signat, quæ omnia auctore suum laudant indefinenter: nā quæcūque fecit Deus in cælo seu in terra omnia laudant suum auctorem, ceu

**S. Aug.** sanctus Augustinus belle suadet. Mūndus verò certare audet cū Deo, & blasphemus semper est, ergo mundus, qui stultitia execranda in morte Christi gausus fuit, alius quā visibilis machina quā intuemur erit. Quin etiā totus elementaris mundus suo modo luxit, conditore suo moriente.

Sol

Sol obscuratus est, & suis tenebris vniuersam terram obtexit, & saluatore rem nudam pendētem in cruce umbra vestiuit. Terrā commota contremiscens, deuorare homines rebelles nitebatur. Necnon & petre scindebatur natiuam duritiam abijcientes, quo Hebræorum pectora lapidea, & adamantina tam stupendo miraculo conuerterentur, & Christū Iesum inuocarent, & delictorum suorum quālibet atrocium veniam ab eo peterent. Reliquum fratres est vt mundus in passione domini gaudens improbi homines sint, qui eo cecitatis deuenerunt, vt gaudeant cū male fecerint & exultent in rebus pessimis. Ij benemerito, quæ mundi fallacis sunt, plus equo amantes, honores, & diuitias, necnō & carnis oblectamenta vehementer diligentes, mundus appellati sunt. Tandem hic mundus cecutiens est, de quo Ioānes. Et Ioan. i. mundus eum non cognouit. Verum si dominum gloriæ cognouissent,

Torus  
mūd' luxit  
Christi  
necē.

Prou. 12

Et Ioan. i.

H 3 non

non utique crucifixissent. Sed veh  
illis quoniam impune non euadent  
aut excusationem habere poterunt,  
eo quod malitia illorum cecauerit  
eos. O execrandum gaudium impio-  
rum, quique tenent tympanum &  
citharam in manu & gaudet ad soni-  
rum organi, ducunt in bonis vitam  
suam, & in puncto ad infernum de-  
scendunt. En quo sine peccatorum  
letitia finitur, nempe momentaneū  
est quod delectat, aeternū verò quod  
cruciat. Breuis admodum delectatio  
perpetuus & nūquam deficiens cru-  
ciatus. Hinc diuus Iob. Gaudium hy-  
pocrite ad instar pūcti. Verè apposi-  
tissima comparatio hæc est. Mundus  
stultitia magna laborat, imo sapien-  
tia eius, teste apostolo, stultitia est  
apud Deum. Et tãquam demēs, quã-  
do flere eum oportebat plaudit, ridet  
& iubilat. Si prospere cūcta eueniãt,  
si desit redargutor, quę vel maximè  
plangenda forent, tunc satis exultat.  
Sed, ut ut est stultus breuitatem in ijs  
tempo

Iob. 21.

Iob. 20.

temporarijs non cogitat, puerorum  
instar pueri qui tantūmodo presen-  
tia amat, de futuris nihil prouidet.  
Contra quos sapiens clamat vsque-  
quo paruuli diligitis infantiam, &  
stulti quę sunt noxia cupiunt. Et im-  
prudentes odibunt scientiam. Ma-  
gna sunt hæc & omni consideratio-  
ne digna. Vos fratres hosce paruulos  
cauete, ne forte vos decipiant. Pueri  
sunt, stulti & insipientes, quę æterna  
ac vera sunt bona respicientes, & tem-  
poraria atq; fugacia impēsius cupiē-  
tes. O insaniam insignem, quia non  
effugies iudicem & accusatorem. Au-  
di summi numinis vocem. Etiam si  
in terram te obstruxeris, inde detra-  
ham te. Nōne instar pūcti letitia fal-  
lax Alexandri regis, in cuius conspe-  
ctu siluit terra, trāsiiuit? Cæsaris quin-  
que triūphi & gloria, sumi in morem  
euanuerunt. Aman ex mensa regis  
Assueri ad crucem deductus periit,  
Absalon principatus breui admodū  
disparuit. O quã serium, quãque ex

Simile?

Prou. 1.

Amos. 9.

Hest. 8.

Omni parte dogma est verum. Gaudium hypocrite ad instar puncti. Haud aliter sacerdotibus, & phariseis contigit, ad punctum letati sunt Christo Iesu obeunte, sed quando tertia die resurgens victor ascendit, eorum exultatio versa est in luctu. Iam quod sequitur ingens solatium praefert electis Dei.

**Tex:** Sed tristitia vestra conuertetur in gaudium.

Nimirum piorum mestitia diu stare non potest, eo quod dolent de ijs de quibus dolendum est. Hac ob causam etiam in hac calamitosa vita saepe numero in exultationem iustorum tristitia, ope Dei optimi conuertitur.

**Thob. 3.** Qui post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymas & fletu exultationem inducis. Hac post tot labores vir sanctus Thobias profitetur, & vir iustus propemodum quouis die eadem verba repetit, gratias immortales Christo Iesu exhibens, tentione & aduersitate finita. **Quin & cum**  
regali

regali propheta exclamare incipit. **Conuertisti domine planctum meum** **Psal.** in gaudium mihi. **Cocidisti saccum meum, & circumdedisti me letitia.** Quod canticum apostoli, tum in resurrectione Christi, tum in ascensione, & aduentu Spiritus sancti decantauerunt. Gaudent profecto iusti in hac vita, etiam in ipsis laboribus, dicente Apostolo. Superabundo gaudio in tribulationibus meis. Ecce in terne exultant, tametsi externe aliquid triste patiantur. Gaudebunt tamen perfectius in morte, vbi tristitia illorum in gaudium conuertetur. **Na** **Math. 5** beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Ibi nanque vocem illam mellitam ex ore domini audient. **Eu** ge serue bone, quia in pauca fuisti fidelis, intra in gaudium domini tui. Adhuc notandum, quod signater ait **Nota** dominus, tristitia vestra. Nam est tristitia seculi, quae, Paulo testante, infrugifera est, & mortem anime operatur. Alia est tristitia secundum Deum,

vbi quis peculiaria piacula, vel proximorum errata plangit, & hæc tristitia operatur salutem & affinem habet lætitiã. Alioqui beatus Augustinus non diceret. Doleat homo de peccato, & de dolore gaudeat. Qui ergo pie tristantur flentes cum flentibus, horum tristitia in gaudium convertetur. At cõtra iniquorũ mestitudo non deficiet vnquam, sed vsque adeo augetur, ita vt verum sit illud

*Esa. 13.* Esaiæ. Torsiones dolorum tenebunt quasi parturiens dolebunt. Nunc saluator noster, simili quodam vtitur, quo fortius & efficacius mortis sue benedicte suadeat.

*Text.* Mulier cũ parit tristitiã habet, quia venit hora eius, cum autem peperit puerum, iam nõ meminit presure propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

Similitudo hæc, ad intelligendum non videtur difficilis, Christo Iesu eam exponente. Parturitiõ quippe tristitiæ partus autem gaudio comparatur.

paratur. Quod tunc magis esse consuevit, quando non puella, sed puer nascitur. Sanctus Augustinus in Ioãnem. Sane quia ratio ipsa docet, desiderabilius esse, quod perfectius est, eam obrem maius gaudium obortur puero nato, quã puella. Ad hæc in rebus gerendis, plus filij quã filię parentibus consueuerunt fore adiutorio. Obseruandum hoc loco est, quod vbiq̃que prophete hac similitudine mulieris parientis vtitur, insignem dolorem indicant. Hinc David. *Psal. 47* Ibi dolores vt parturientis. Et in Esaiã, dominus contra procaces homines ait. Vt parturiẽs loquar. *Esa. 57.* Quid plura? Tam est vehemens dolor in partu, vt Rachel, nato Bẽiamin efflaret animam. Quod planè quotidie contingere videmus. In apostolis autem dolor partus, tristitia magna est de morte optimi pastoris. Gaudium verò, post pressuram, exultatiõ de nece deuicta. Dormiuit Adam cœlestis in cruce & soporatus est, vt detraberetur

S. Aug.  
tra. 101.

retur costa dormienti. Et sic virago  
**Gene. 2.** quæ est ecclesia sponsa Christi nasce  
retur. O nos beatos fratres, si aposto-  
lorum vestigia imitantes, magno cū  
dolore mortem atrocissimam salua-  
toris nostri contemplātes, vt par est,  
**Phi. 2.** tristemur. Hoc enim sentite in vobis  
clamat apostolus, quod & in Christo  
Iesu. Enim verò nisi stupidi, & mar-  
morei simus, saluatoris nostri pro-  
bra & cruciatus, in nobis sentire de-  
bemus. Dolebunt super eum, vt dole-  
**Zach. 12** ri solet in morte vnigeniti. Equidē  
qui cādido corde Iesum diligunt gra-  
ui merore excruciantur passionem  
eius meditātes. Sed proh dolor quā  
sunt multi orthodoxi, qui nec leui  
cogitatione domini præciosam mor-  
tem rāgunt. Quos velut tanti benefi-  
cij immemores radarguit' ppheta di-  
**Esa. 57.** cens. Perit iustus, & non est qui reco-  
gitet corde. Recogitare, iterum, atq;  
iterum cogitare eandem rem signifi-  
cat. Atqui corde recogitare Christi  
Iesu mortem aliud non est, quā pro-  
funde

funde intra præcordia singulatim, sin-  
gula quæ pro nobis immeritis pertu-  
lit meditari. Sub hæc sancta ecclesia  
mulier appellatur quā in Apocalipsi  
diuus Ioānes ad fabre depingit. Hæc **Apo. 12.**  
sole amicta, duodenis stellis corona-  
ta, adhuc parturiēs clamat, vt pariat.  
Cruciatur sanè mens nostra quæ per  
fidem Christum Iesum concepit, &  
ideo labbrat, vt fructum boni operis  
edat. Nam caro infirma est, etsi spiri-  
tus præptus sit. Verūtamē heu quia  
de multis scriptum est. Venerunt fi- **Esa. 57.**  
lij vsque ad partum, & non erat vir-  
tus pariendi. Tales sunt qui quamuis  
magna desideria conceperint, aliena  
restituere, propria egenis erogare, &  
alia id genus, dū ad opus perueniunt  
deficiunt. O felicem! animam quæ  
vita comite, velut altera Sara Isaac  
concepit, nec tantum concipio, sed  
per opus sanctum, desiderium palā  
facit. Talis cum Sara clamabit: risum  
fecit mihi dominus. Huic tristitia &  
labor conuertetur, & domino opitu-  
lante



lante succedet in gaudium. Nonne mens nostra à timore Dei concipit, & peperit? Agnoscit se concepisse quando desiderium sanctum subfal-  
tat, sic de puero Ioanne, mater eius indicauit deipare Mariæ. Nempe vt in præcedenti dominica attingimus, oues suas fetas bonus pastor sic vni-  
ce amat, vt in sinu suo illas portet. Sequitur in euangelio.

Text.

Et vos igitur, nunc quidem tristitia-  
m habebitis. Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum.

His verbis explicat quod princi-  
pio dixit, modicum & videbitis me, accōmodās similitudinem mulieris  
parturientis, quā tāquam magister  
ac doctor optimus narrauit, vt for-  
tius suadeat, tum breuitatem calami-  
tatis apostolorum, tum etiam vt sue  
passionis exuberantem fructum ostē-  
dat. Vos nunc tristitiam habebitis,  
sed horariam, & admodum breui fi-  
nietur, vt partus mulieris cito transi-  
re solet. Potest illud nunc referri ad  
tempus

tempus totius vite, quæ comparatio-  
ne ad futuram, quā expectamus vix  
momentum est. Vnde apostolus ait  
quod momentaneum est, & leuē tri-  
bulationis nostræ, supra modum in  
sublimitate, eternum gloriæ pōdus  
operatur in nobis. Ecce momenta-  
neam vocauit calamitatem, quam li-  
bet diutina, & ingens sit. Arqui pro-  
missio iltec iterum videbo vos, quā-  
do eos inuisit resurgens adimpleta  
est. Gauisi sunt discipuli, ait Lucas,  
viso domino. Videt que nos quoti-  
die spiritum suum exhibens velut pi-  
gnus & arrhabonem, quo nostrum  
signat & confirmat cor. Imo vicif-  
sim Christus videt suos, sui que vi-  
dent eum, contemplantur, & augu-  
stissime adorant. Ecce gaudium ma-  
gnum vnde oriatur, plene ex contē-  
platione, in qua Christum regem cæ-  
lorum intuemur. O res stupēda,  
Deus vidit Egypcios & eos interfe-  
cit, vidit populum suum & misertus  
est ei. Notandum quod iusti gaudent  
intus

2. Cor. 4

Luc. 10

Exo. 14

Exod. 3

**Esa. 48.** **Intus** quia gaudiū spirituale implet cor. Impij foris exultant intus autē cruciantur. Non est pax impijs dicit dominus. Quod si iuge bellum interne perferunt, tantum abest vt gaudere queant. **Quin** & gaudium verū charitatis fructus est, & ab illa ceu à fonte limpidiſſimo dimanat. **Quam** nullatenus procaces homines habēt. **S. Tho. 2<sup>a</sup>. q. 27.** arti. 1. huius gaudij firmitatem nunc palam facit quod sequitur.

**Text.** Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

**Sensus est.** Quoniam in me letitia vestra sita est, quem candido corde diligitis, & ego mortalitate consumpta, gloriosus tertia die resurgam, nō est quod iam tristari possitis. Vnde apostolus inquit. Pascha nostrū immolatus est Christus, itaque epulemur in azimis sinceritatis & veritatis. Vnde tanta letitia beate Paule. Verum quia Christus resurgens ex mortuis non moritur, nec mors illi vltra

vltra dominabitur. O miserōs mundi amatores, quam facile gaudium vestrum aufertur à vobis. Imo extrema gaudij luctus occupat. O felices Christi Iesu dilecti, à quibus nec mūdus, nec demon versutus, aut vlla tribulatio, gaudium vestrum tollere poterit. Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliā pati. Videtis niffallor dilectissimi, quam sit constans piorum læritia. Proinde Christum Iesum cernui ore mus, vt nos visitare dignerur, cuius inspectione cor nostram gaudeat, gaudento regem suū indeffesse laudet. Cui sit gloria, cum patre, & patre cetero. Amen.

§ ANNOTATIONES  
appendices.

**PRIMO** opere precium erit adnotare, quā sit Christus Iesus vastissimum misericordiae pelagus, quippe  
I qui

Anno. i.

*Sapientie. 3.* qui, longo tempore suos electos non  
sinit cruciari in laboribus. Sed velut  
ad punctum, & in modico, tanquam  
aurum in fornace eos probat, quo  
puriores & clariores calamitate trans-  
acta euadant. Huc pertinet quod ap-  
ostolus inquit. Fidelis est Deus, qui  
non patietur vos tentari, ultra id  
quod potestis sustinere. Sed faciet cum  
tentatione prouentum. 1. Corin.  
10. Sanè singula annotatu sunt di-  
gna & non vulgarem habent empha-  
sin. Itaque, in quavis aduersitate, sub-  
inde dicamus oportet. Fidelis Deus  
est qui de hac calamitate liberauit,  
& ex illa melior & cautior efficiar.

*S. Basil.* Unde beatus Basilius. hom. 8. in diui-  
tes Nauclerum tempestas, athletam  
stadium, ducem pugna, magnanimam  
calamitas, christianum verò tentatio  
examinat. Sic saluator tentauit apo-  
stolos ubi ait. Modicum & iam non vi-  
debitis me.

Secundò aduertendum, quam exu-  
peret caelestis consolatio omnem an-

gorem,

gorem, & laborem vite presentis. Mo-  
dico tempore tristitia confecti disci-  
puli ob auferrimam Christi mortem  
fuerunt, adeo ut. 40. horis duraxat in  
mausoleo corpus illud sacrosanctum  
iacuit. At contra indulgentissimus  
magister, per quadraginta dies appa-  
ruit eis loquens de regno Dei, ut Lu-  
cas testis est. Acto. 1. Ecce diem pro  
hora praeiudicium eis, ut agnoscamus ma-  
gnificentiam largitoris Christi, qui pro  
exiguo labore ingentem tribuit  
electis suis laetitiam. Regalis  
propheta ait. Secundum multitudi-  
nem dolorum meorum in corde meo  
consolationes tuae laetificauerunt ani-  
mam meam. Nihilominus saluator  
noster plus dedit gaudij apostolis  
suis resurgendo, quam illi habuerunt  
tristitiae illo moriente. Et hoc est quod  
pollicitus est dicens. Iterum modicum  
& videbitis me. Paruum tempus vo-  
cauit illud, eo quod finitum erat, quam-  
uis plurimum superet tempus quo  
mortuus fuit. Ne ergo calamitate in-

I 2 gruente

gruēte animum despondeamus, sciētes quoniam magna nos expectat cōsolatio.

5 Tertiō notare lubet quam sit vera sententia illa, Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Sanè tam est humilitas grata Deo, vt sua archana humilibus aperiat sponte. Superbis autem secreta sua abscondit, eo quod non sunt margaritę ante porcos proijciende. Quod vel maximè Christus in euangelio vetat.

Mat. 12. Hinc dominus gratias agit cęlesti patri, quod redemptionis misteria reuelarit paruulis, & absconderit ea à sapientibus prudentibus. Est planè humilitas virtus quę potissime Deo placet. Iuxta illud deipare virginis. Respexit humilitatē ancille suę. Lucę. 1. Vide. S. Tho. 22. q. 161. arti. 1. Hanc apostoli habuerunt dicentes nescimus quid loquitur, quomobrē antequam interrogarent magistrū optimū, ipse eis parabolā, siue paradoxum quod ignorabant exposuit.

Quartō

Quartō animaduertendum quam luculenter magister bonus suadet discipulis, nec non & cunctis fidelibus ad palmam victorię, & brauium glorię neminem posse peruenire, nisi per labores & crucem. Idque in parabola de muliere parturiente per pulchre dominus edocet. Sanè absq; dolore ipsa cupit gaudere de filio nato. Sed lata sententia est in Euam, & filias eius omnes, dempta christifera virgine, vt cū dolore pariat filios suos. Itaque si gaudium de prole cupit habere necesse est, vt prius ingemiscat & doleat. Veruntamen futurū dolorem contemnit, & lenit presentem, tum breuitatem, tum verò natiuitatem filij considerans. Ad eundē modum lex statuta est, vt Christus Iesus moreretur, & pastore percusso oues effugerent, vt Zacharię extat

Gene. 3.

Zach. 13

Quas ob res forti animo sustinendū est, quod vitari nequit. Sat sit quod

calamitas non diu durabit etiã quod ingens erit fructus, & gaudium magnum inde sequetur. Nos fratres, quoties sanctum ac pium opus operari nitimur, velut Rebeca geminos portamus in ventre. Nam caro reluctatur spiritui, teste Apostolo. Oportet breuem dolorem sustinere, vt in perpetuũ gaudeamus de bono opere patrato. Gaudium, honor & pax, omni operanti bonum ait apostolus.

Roma. 2

5 Denique, si vt par est, in certamine positi preliamur, satis nos solatur Iesus dicens. Iterũ videbo vos, & gaudebit cor vestrum. O nos fælices charissimi si iam cum Christo mortui, vita nostra abscondita sit in Deo. Si in incerto diuitiarum nõ speramus, nec de honore seculi gaudemus, sed de visione Christi Iesu dumtaxat letamur. Ipse proculdubio, suos electos sepius visitat, & aspectu suo lætificat. Ipse pacem suam eis vltro impartitur, & abunde charismatum dona

na largitur, sicut in apostolis est videre. Faxit ipse vt nobis pollicitus est contingat.

*SO DOMINICA QVARTA post pascha, declamatio quarta.*



I apostolus Paulus fratres charissimi tã audacter, tãque confidẽter loquebatur dicens. Bonum certamen certavi, cursum consumaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Quanto melius ac securius, dominus Iesus eadem verba proferre poterit? Certauit sanè certamen optimum in hac calamitosa vita. 33. annis degens tũ legis antiquæ veritatem, & medullã palam faciens, tum etiam phariseorum & scribarum necnon & sacerdotum execrandam hypocrisim notam effecit. Insuper & pios omnifarie so-

2. Titũ. 4

Iari incumbens, quā plurima de re-  
gno Dei, de quē sanctorum gloria mi-  
rabili enarrans, æquanimiter ab infe-  
stissimis persecutoribus innumera  
probra pertulit. Quid quod tot ho-  
minum languores sua potenti virtu-  
te sanauit, & mortuis quatruiduanis  
vitam præstitit? quæ omnia in patris  
sui cælestis laudem & gloriam opera-  
tus est. Adeo, vt de seipso loquens in-  
genue fateretur. Ego gloriam meam  
non quæro est qui querat & iudicet.  
Sed potius honorifico patrem meū.  
O nos beatos dilectissimi, si tum cor-  
de, tum ore, serio dicamus. Nos nul-  
latenus honorem peculiarem, aut se-  
culi fallacis gloriolam quærítamus,  
nec vlllo pacto eam vendicare cupi-  
mus. Quinimo patris nostri cælestis  
honorem & gloriam, tã in elemosi-  
nis, quã in orationibus, ieiunijs, &  
bonis operibus, vt fas est affectamus.  
Tunc planè verba Christi Iesu spe fir-  
ma depromere audebimus dicentes.  
Pergimus, & fiducia magna freti con-  
tendi-

Ioan. 8.

tendimus ire ad patrem, qui nos ex  
nihilò creauit, & cruore roseo san-  
guine suo redemit. Bisarie Christus  
Iesus in hoc euangelio consolatur  
apostolos. Primo innuens eis per  
mortem & labores crucis non perire  
sed hac, tametsi satis senticosa via, ad  
eum qui misit illum se vēturū. Dein-  
de aliquid melius sua præsentia cor-  
porali, illis post mortem largiri, sa-  
cro suo ore pollicetur. Vt sic leuius  
abitum eius ferant, doni spiritus san-  
cti spe roborati. Nunc Christi Iesu  
auspicio, illius & ope adiuti, sacri  
euangelij lectionem explicare enita-  
mur. Quæ sane sic habet.

Vado ad eum qui misit me, & ne-  
mo ex vobis interrogat me quo va-  
dis.

euāgeliū  
Ioan. 16

Non semel, sed sæpe, se iturum ad  
patrem asserit, quasi imbecillitati  
apostolorum prouidens. qui plus ni-  
mio præsentie humanitatis Christi  
Iesu adhærebant. Haud immerito,

Psal. 45

Ioan. 6.

1. Re. 18.

lij's hominum erat Dauid teste. Partim etiam quoniam diffusa erat gratia in labijs eius, adeo vt sanctus Petrus diceret . Domine , quo ibimus verba vitę æterne habes. Planè tã grata, tam suavis , & autoritatis plena, erat eloquutio Christi Iesu , vt omnis persuadendi vis, & energia , labijs illius infedisse videretur . Quid quod ministri qui eum capere volebant, reuerſi sunt ad phariseos dicentes. Nunquam sic locutus est homo. Ecce inimici stupefacti hoc elogiu de Christo Iesu, palam profiteri minime verentur. Verum, si anima Dauid conglutinata erat anime Ionate regis Saulis filij, ita vt super amorem mulierum eum diligeret, quanto magis, anima apostolorum adglutinata erat Christo Iesu, quem maximo-pere amabant: Ad hæc, nedum tanquam magistrum, pastorem, & amicum, sed tãquam pium parentem totis medullis cordis diligebant, vt pote, qui à phariseorum , & scribarum tyrani

tyranide. & execrando liuore costitabatur. Hinc ergo nimia suauitate conuersationis eius allecti, illinc timore persequentium percussi, non poterant non tristari, illius desiderabili conspectu orbat. Obseruatione dignum est meo iudicio, quod nõ inquit. Vado ad crucem & mortẽ, sed vado ad patrem, id est ad gloriam corporis mei vendicandam. Docēs nos ne calamitatem timeamus , sed finẽ eius ob oculos habeamus semper, nam via est qua itur ad ethera. Hinc Moses serpentem ex virga cõuersum videns valde timebat, & fugam capere nitēbatur. Ait dominus ad eum. Accipe eam percaudam . Quo facto reuerſa est in virgam. O fratres paupertatis vestrę finem inspicite obsecro, nam beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Rursus patientiæ, & mititatis vestre scopum contemplantini. Quoniam beati mites, ipsi quidem possidebunt terram. Non quę videtur, & nunc vi

Nota.

Exod. 4

Figura.

Mat. 5.

ret:

ret: nunc aret, sed illam terram possi-  
debunt, quæ viuētium, à psalmogra-  
fo iure appellatur. Dicamus & nos,  
si mundus suis technis nos irretire  
contendit, si caro fallax, vt altera Da-  
lida, Sanfonē suis blādicijs decipere  
conatur, vado ad eum qui misit me.  
Ad creatorem meum pergo, ei dūta-  
xat in seruiam, illi totum me dicare,  
atque sacrare enitar. Vtinam cū pro-  
pheta fratres mei, vbique, & semper  
clamitantes diceremus. Peregrinus  
sum sicut omnes patres mei. Veh il-  
lis qui oculos suos statuerunt decli-  
nare in terrā, quippe qui terrena sa-  
piunt, & bonis terrenis tantum hi-  
niant. Ij duorum tribuū instar aiunt.  
Terra hæc bona est ad pascua pecu-  
dum, ne iubeas nos transire Iorda-  
nem. Dubio procul quorum Deus  
venter est, & gloria in confusione il-  
lorum, Iordanem mortis transire no-  
lunt, nec terram manantem lacte &  
melle possidere optant. Quin etiam  
ijs temporarijs bonis adhaerescunt,  
& ea

Nota

Psal. 38.

Nu. 38.

Figura.

& ea infeliciter amantes, quæ æterna  
& vera sunt bona post habent. At cō-  
tra, qui Christi Iesu vestigia sectan-  
tur, qui tam nobili capiti, fide, & cha-  
ritate adhaerescunt, cunctis visibilibus  
spretis cum Apostolo dicunt. Non Heb. 13  
habemus hic ciuitatem manentem,  
sed futuram inquirimus. Et rursus  
dum sumus in hoc corpore peregri-  
namur à domino. Hoc fratres estis  
ad eum qui nos misit, omnibus abdi-  
catis, per arctam viam poenitentiae  
cælū intrare, vti de duce nostro Chri-  
sto legimus.

Et nemo ex vobis interrogat me  
quo vadis? Text.

Nunc querimoniam faciēdo, apo-  
stolos reprehendit, ceu iam oblitū  
fuerint discessus sui. Sanè Petr<sup>o</sup> pau-  
lò ante Christum interrogat, do-  
mine quo vadis? nec non Thomas ei  
dixit. Nescimus quo vadis, quomo-  
do possumus viam scire? Quorsum  
dominus conqueritur de illis? Sanè  
vbi audierunt mala ad futura quæ  
illos Capi. 13.  
Ioan. 14



illos expectabant, videlicet quod extra sinagogam Hebræi eos iacerent, & quod odio illos infectarentur, vsq; adeo, vt qui eos occideret existimaret se sacrificium offerre Deo, tunc sic animo consternati sunt, vt nec loqui quidē possent. Quod exprobrās eis Iesus ait. Nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Vnde Chryso. ho. 77. mus. hom. 77. in Ioannem. Magna tristitię vis, & multa nobis opus est fortitudine vt affectui huic genere se resistamus, & vtilitatem inde, superfluis abiectis consequamur. Profecto cū in nos vel proximi peccant, tunc tristandum est, cum verò in humanos cassus incidimus, frustra nec & inutilis est tunc tristitia. Hęc plane mestiria vel maximè discipulos adhuc imperfectos oppugnabat, oppugnat etiam nos quotidie ne in lætitia Deo optimo seruiamus. Ad quos vox illa Pauli insonat. Gaude in domino semper, iterū dico gaude. Idque vt consequi valeatis, mo-

Chryso.  
ho. 77.  
in Ioan.

Phi. 4.

destia

destia vestra nota sit omnibus hominibus, dominus enim prope est. At. S. Aug. qui diuus Augustinus, ad ascensionē in Ioan. domini hæc verba refferit, quia tunc illo ascenderit in nube lucida, non erat opus, vt quis interrogaret, domine quò vadis? Tracta. 94. in Ioanem. Quandoquidem adhuc saluator noster ad nos ait. Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis? Nonne adhuc in baptismo, confirmatione, aliisque sacramētis ipse peregrinatur apud nos magnopere cupiens animas nostras in cælum vehere? En Iacob apud Labam moratur, quo Rachelem vehementer speciosam despōser. Ob hæc causam estu, & gelu vritur, & noctes ducebat insomnes. Heu quam pauci cum Christo Iesu loquuntur, vbi in sacrosancta eucharistia eum adoramus, dicentes. Domine quo vadis? Nempe ipse responderet, è cælo huc veni, vt populum meum quem sanguine meo afferui lætificem, eūque

Gene. 3

Nota

tam

tam præcellenti cibo pascam, & in pectoribus eius quiescam, nam delictis mee cum filiis hominum. Potissimè postquam homo factus frater eorum sum, vt alter Ioseph dicam. Fra-

Gen. 37.

tres meos quero. O Iesu bone, quam nosynice amasti, qui tot aduersa pro nobis sustinuisti. Quo vadis peregrine-sancte? Obsecro, trahe me post te, quia mole corporis terrei opressus, & sarcina delictorum pregrauatus, haud te sequi valeo. Quod si tua gratuita dignatione prestiteris, subinde curram in odorem vnguentorum

Canti. 1.

tuorum. Agite vos fratres, suppliciter orantes hoc ipsum petite ne conquestus saluator de vobis dicat. Nemo ex vobis, interrogat me quo vadis?

Nota

Enim verò qui amicum interrogare non vult, quando iter agit, vel ob id est, quia enim comitari, aut de opibus suis ei impedere nō instituit. Ecce quid subest causè, quod Christū Iesum ad crucem, & mortem iturum interrogare nolumus. Verum igno-

miniam,

miniam, & acerbos eius dolores imitari horremus, seculi huius honores & factum toto pectore amantes. Veruntamen, viri pij & Paulo similes clamare nō cessant. Absit nobis gloria. Gala. 6. nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem nobis mundus crucifixus est, & nos mundo. Felices eos dixerim charissimi, qui sic mundo mortui sunt, vt iam mundus ipse ipsis sit mortuus, spernēs illos ceu in cruce pendentes & morti destinatos. Sequitur in euangelio.

Sed quia hæc dixi vobis tristitia impleuit cor vestrum.

Quam tenere Apostoli Christum Iesum amarent, vel ex ijs verbis discimus, equidē tristitia de abcessu eius, nedum corda eorum tetigit, sed prorsus pertransiuit, ac totum illorum pectus possedit. Veh nobis qui tam sumus stupidi, tāq; ferrei, vt nec parua mestitia de absentia saluatoris tāgamur, tantum abest vt cruciemur. Talis planè est noster carnis genius,

K

vt

vt leui probro tacti , ingemiscamus  
 suspiria iactantes, ne dicam & maledicta efficientes, supra modum tristemur. Vel si opum iactura quantulacūque contingat, tunc dubio procul mestitudine affecti concidimus, vti fragiles & infirmi. Atqui, de Christi atroci morte, deque cruce eius probrosa, si aliquando in mente tractamus, parū aut nihil sentimus. O re quaterque beatus, qui cum sanctificato Hieremia quotidie flagella & ludibria saluatoris recolens ait. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Tabescere, interne dolore magno passionem Christi sentire est. Tristitia impleuit cor vestrum. Vbi sanctus Augustinus. Tristabatur humanus affectus, quia carnalis desolabatur aspectus. Vos fratres videte exuberantem clementiam domini, arguere, & exprobrare ceperat, tamen euestigio ad solatium se vertit discipulorum. quin ex ipsa reprehensione, occasionem consolandi illos cepit.

Treno. 3

S. Aug.

pit. Ego inquit pientissimus dominus, percutiam & ego sanabo. Perinde dicat. Ego ipse electos meos corripiam, & rursus condolens eorū imbecillitati, infirmitati, & tristitiæ, quæ ægritudo animæ est mederi incūbam. O Iesu bone, vnum hoc suppliciter precor, hoc quoad vixero vehementer efflagitare non desinam, imple obsecro cor meum tristitia, gratia tui videndi oborta, vt cuncta mundi huius bona, honores, opes, & alia id genus mihi amarescant, prorsus & vilescant, ita vt cum regali propheta candido dicam corde. Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram. Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum. Rursus, cum Apostolo clamitem. Omnia arbitratum sum vt stercora, vt te Christum Iesum lucrifaciam. O fratres mei sicū saluatore sic contristati, diu noctuq; tum corde, tum ore diceremus. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Profecto mœstitia isthæc ea est,

Deut. 32.

Psal. 72.

Mar. 14.

quę secundum Deum, operatur iustitiam. Hanc saluator gratanter aspe-ctat, & habentes illam maxime solatur, vt in apostolis tristitia affectis est videre. Expedi cum Christo Iesu dolere & tristari, magis quam cum amatoribus mundi letari & gaudere. Nā eorum gaudium inane in fletum cōuertetur perpetuū, tristitia vero nostra in exultationem & gaudiū eternum vertetur, quemadmodum pollicitatio regis nostri Christi extat. Ceterum, quomodo apostolos afflictos solari dominus studeat videamus.

**Text.** Sed veritatem dico vobis, expedi vobis vt ego vadam.

Sensus est, si milies contristemini, oportet vos audire, quia me recedere vobis confert. Itaque, quanquam vos maiorem in modum mesti efficiamini, quod expediat audiendum est, equo animo. Vos quidem, vt pote discipuli mei dilecti, vt adessem cupitis, nihilominus ratio, & necessitas longē aliud postulat. Videte fra-

**Dogma.**

tres

tres, quā fidelis amicus sit Christus, quippe qui, suis amicis vera loquitur, quanquam egre ipsi ferant. Non sic amicitia mundi, sed quia subdola, mendacium loqui solet, veritatem silet, ne quicquam mestitie afferat amico. Vana loquuti sunt vnusquisque ad proximū suum, ait vates Dauid. Et alibi. Mēdaces filij hominum in statheris, vt decipiant de vanitate in idipsum. Hinc prauum consilium Architophelis ortum est, quod patri cide Absaloni ille dedit, vt illi complaceret. Vnde alto Dei iudicio ambo, suspensi misere perierunt, & penas dabunt perpetuas. Quod expedi & ratio ipsa deposcit, amicis nostris Christi exemplo dicamus, non quæ illis placent, & noxia sunt. O quot adultores hodie mundus habet, & quam pauci fideles amici sunt, mendacium abhorrentes, & veritatem amantes, eamque sine fuce mendacij loquentes. Qui ergo eterna veritas & vita est, Christus Iesus, quid nobis poterit

*Psal. 11.*

*Psal. 61.*

*2. Re. 17 & 18.*

terit dari nisi verum? is apostolis loquitur veritatem, innuēs plurimum interesse, vt ipse abeat. Et ne diu eos suspensos teneat, statim vtilitatem interpretatur, quam sit magna.

**Text.** Si enim non abiero paracletus nō veniet ad vos, si autem abiero mittā eum ad vos.

Hic plane fratres totum me stupor complectitur, nec admirari sufficio, in re tam graui & noua. Quæ nam cōtrarietas inter Christum & Spiritum sanctum? Si deitatem saluatoris penitus inspiciamus, Spiritus sanctus amor patris & filij est. Ac proinde tres persone, vnus & idem Deus. Si verò humanitatem eius contemplemur, nihil aduersi in ea inueniemus. Quin virtute Spiritus sancti alma Dei genitrix eum genuit, angelo Gabriele contestante. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et iterum quod in ea natum est de Spiritu sancto est.

**Questio**

**Lucæ. 1.**

**Mat. 2.**

Quid multa? Christo Iesu baptizato cæli

cæli aperti sunt, & Spiritus sanctus in columbe specie super eum visus est, signo mirifico hoc subindicans nullam fore controuersiam, nullūq; disidium inter Christum & Spiritū sanctum, sed potius magna vicissitudo, ingens que fœdus. Quorsum ergo Spiritus sanctus non venerit saluatore adhuc in terra commorante? Attēdite fratres, & paulisper gradum figamus hic oportet. Obtusitas, & ruditas discipulorum in causa fuit, erant planè veluti paruuli, lacte humanitatis contenti, quā ob causam vel maxime illis expediebat, vt forma serui ablata, ad diuinitatis contemplationem conuolarent. Vnde beatus Augustinus ait. Si alimenta tenera quibus hæcenus vos alui non subtraxero, solidum cibum nō esuriētis. Hoc est, si non abiero paracletus non veniet ad vos. Atqui diuus Gregorius lib. 8. moralium. Verba hæc saluator noster protulit, ac si diceret. Si ab intentionis vestre oculis corpus non

S. Aug. tra. 94. in Iean.

subtraxero, ad intellectum vos inuisibilem per consolatorem Spiritum sanctum non perducam. Ecce charissimi, quam sit verū oraculum illud. Melius est à sapiente corripī, quam stultorum ore laudari. Et meliora sunt vulnera diligentis, quam oscula odientis. Nos ergo vtilia preponamus iucundis, quū proximos nostros alloquimur. Alioqui tanti magistri discipuli nō erimus. O fratres quam paruuli Apostoli erant, donec Christus abiit ad crucem, & in cælū conscendit. Audite discipulos iter agentes in Emaus castellum. Nos autem sperabamus quod esset redempturus Israel. En quādiu ob oculos eum habebant terrena intelligebant & ea tantum amabant. At Christo sublato regnum eius non terrenum sed spirituale, & cælicum fore intellexerunt. Iāque cum apostolo concinere ceperunt. Quod si nouimus Christum secundum carnem iam nō nouimus. Per hominem Deum cogno-

Prou. 27

Luc. 24.

1. Cor. 5

gno-

gnouimus, & fides nostra numeris omnibus absoluta, & perfecta facta est.

Sacramentarij improbi, hinc nil habent contra realem Christi præsentiam in eucharistia. Verum ipse abiit moriendo & resurgēdo, & ad dexteram patris ascendendo, veruntamen nobiscum est vsque ad consumationem seculi, ceu ipse sua gratuita dignatione nobis promisit. Itaq; subtraxit se ab oculis nostris corporalibus, & quātus quātus ipse est, verus Deus & homo, idē qui manet apud patrem, in sacro altari manet. Accipite ait, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationē. Nec macedonianij superbi hinc ansam sumāt, dicentes Spiritum sanctum minorem filio, quia ni ipse abscesserit ille non venit. Quomodo conducet abire dominum, & venire seruum? Nempe Christus se æqualem paraclito testatus est dicēs, si autē abiero,

Heretic.

Luc. 22.

Theophilatus

K 5 mittam

mittam eum ad vos. Vbi mittere spirare est. Atqui adeo non generatur nisi Deus filius, nec à patre & filio spiratur nisi Deus Spiritus sanctus.

**Dogma** Vbi notandum quanta sit summi numinis erga nos clementia, nūquam minora aufert, quin maiora cōferat. Temporalia subtrahit, quocapacitas nostra augeatur, & spiritalia dona recipiat. Præsentiam corporalem ademit apostolis, spiritū suum illis affatim misit. Discite charissimi discite obsecro honores diuitias, & amicorum necessitudinem, ob Christi amorem nihili pendere. Nempe si ijs futilibus corde adheferitis vberius Spiritum sanctum accipere haud poteritis. Si consolatorem in terra possideritis, paracletum cælestem habere nequibitis. Mirabile dictu, apostoli amici Dei, repleti non sunt Spiritu sancto, nisi carnis Christi Iesu aspectu sublato, & homo insipiens meretricem diligens, dona Spiritus sancti accipiet? **Quid plura?** Nonnūquam Christus

Nota

Christus ab amicis suis quæ etiam absque peccato amant, & in quibus confidunt aufert, vt sunt filij, opes, amici, & alia huiuscemodi, quia ipsis expedit. Quibus ablatis, discāt in solo Deo fidere, & in illo tantum sperare. Alioqui forsitan his rebus abuterentur ad malum. Dogma mirabile hoc est fratres, cordi vestro illud figite, & mordicus tenete. Exemplo nobis sit vir sanctus Iob, qui abunde diuitias suas in subleuandis pauperibus erogabat, nihilosetius Deus optimus, boues, camelos, & oues illius abstulit, quo omnibus sublatis perfectior euaderet, & mansuetudo & virtus eius clarior vbiq̄ terra rū appareret. Ad eundem modum apostolis nunc Christus præsentiam suā auferre voluit, vt charismatum dona fusius illis impendat. Docemur igitur hoc exēplo, quod in vniuersum subtratio temporalium, symbolum est, & signum magnum futurorum bonorum spiritalium. Vtinā ortho-

Iob. i.

Nota.

doxi omnes hoc scirent, & scientes opere adimplerent documentū tam frugiferum. Planè non ægre ferrent temporalium iacturam, sed cum Iob clamarent. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut Deo placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Compendio iam loquar, veh diuitibus huius seculi, qui hic suam habēt consolationem, veh iterum vxoratis qui non diligunt vxores suas, sicut Christus ecclesiā, sed procaces aiūt.

Iob. 1.

Luc. 14.

Non possumus venire ad conuiuū æthereum. Veh deniq; eis qui carnis suæ lenocinijs se dedunt, & desperātes tradiderunt se immūdicijs, quos extremis gemitibus apostolus deplorat. Ij planè spiritum nequam vt alter rex superbus Saul susceperunt, quo vexantur, & ideo Spiritum sanctum non accipient. Etenim viuentes iumentorum in morem, & vitam cyclopicam agentes, cum pessimo

Num. 23

Balaam aiūt. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima

mea

mea eorū similia. At qui quam fuerit frugifer Spiritus sancti aduentus, sequentia indicant verba.

Cum venerit ille arguet mundum **Text.** de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem quia nō crediderūt in me. De iustitia verò quia ad patrem vado & iam non videbitis me. De iudicio, quia iā princeps mundi huius iudicatus est.

Obseruate mecum dilectissimi, & omnes vna gratias inexhaustas, ac immortales agamus Christo Iesu, qui tanti nos facere dignatus est, vt talem iudicem & correctorem nobis mittat. Quique non acerbe, sed leniter, non cum austeritate, sed cum benignitate nos arguat. Quis paracletus nisi consolator optimus, ac dulcis hospes animæ est? Amore nihil dulcius, nihil que mellitius. At spiritus sanctus, patris & filij amor est. Is cum venerit arguet mundum. Signā

Nota

nos



**nos** gratia sua filios Dei efficiat. De peccato infidelitatis potissimè mundanos homines arguet. Nā hoc peccato manente cætera piacula detinentur, & è regione hoc dimisso per ba-

*S. Aug. de ver. domini.* ptissimum, alia delentur scelera . Ut pulchre notat beatus Augustinus.

Vnde dominus ait. De peccato quidem quia nō crediderūt in me. Chrysostomus verò super Ioannē inquit. Arguet mundum de peccato, hoc est omnem auferet excusationem, & sine venia peccasse demonstrabit. ho.

82. **Quin** & Spiritus sanctus ostendit omnes in Adam peccasse & eguisse gloria Dei. Planè absque illuminatione interna Spiritus sancti, hoc agnoscere non potest. Vel arguit hodie improbos, per candidam piorum vitam, quo enim iusti sanctius viuunt, eo dānabilius apparet mundi peccatum. Vnde Christus. Viti Niniuite surgent in iudicio contra generationem istam, & condēnabit eam, id est. merito condēnandā ostendent. Par

*Matt. II*

ergo

ergo

ergo erit vt exuamus veterem hominem, & induamus nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia. Ecce arguit nos quotidie Spiritus sanctus per externam predicationē. Animaduertendum, quod Spiritus Sanctus, non in forma aliqua mundum arguit, sed per os apostolorū, in quibus Spiritus sanctus loqui affolet.

Iuxta illud . Non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Allusio est ad illud. Ille testimonium perhibet de me, & vos testimonium perhibebitis. *Ioan. 15.*

De iustitia arguet mundum . Verum mea iustitia adeo conspicua est omnibus, vt verbis & operibus eam comprobarem . Si opera in eis non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent . Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Hanc suscipere mundus noluit, imo, vt transgressorem legis me cruci addegit, idcirco arguetur mundus , vt pote cruentus & vesanus.

Quia

Quia ad patrem vado & iam non videbitis me. Hoc est, signum sanctitatis & iustitiæ meæ hoc apparet, quia gloriosus ascendo ad patrem, & illic permanebo perpetim. Vel sic explicare poterimus hanc sententiã. Iudæi iustitiam suam in operibus legis philosophi in virtutibus moralibus collocabant. Veniet autem Spiritus sanctus & ostendet, in sola fide viua, in Christum iustitiam veram sitam fore. Nam si ex lege esset, iustitia, ergo Christus gratis mortuus est vti perbelle arguit Paulus.

Nota

Rom. 10

Text.

Arguet insuper Spiritus sanctus mundum de iudicio quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Vbi Chrysostomus, iterum hoc loco de iustitia verba facit, quia aduersarium versutum superauit. Non peccatori possibile erat, quod nemo iustorum vnquam valuit. Dicente Iob, non est potestas super terram que cõparetur ei. Quas obres venit semen virginis almæ filius Dei, & contriuit

Iob. 41.

caput drachonis, vt in Genesi multis retro diebus promissum erat. Quod autem per me Sathanas iudicatus, & prorsus victus est, & quod eum electi mei pessundabunt, sciet mundus Spiritu sancto aduentate. Tunc non dicent demonum habes, deceptor es, & turbas seducis, quæ omnia falsa comprehendetur. Eo quod si peccato essem obnoxius nõquam principem tyrannum mundi euicissem. Nunc foras eiectus manet & in idolis vanis nõ collitur, imo à fidelibus conculcatur & exolus habetur. Chrysostomus hom. 87. in Iohannem. Summa arguet Spiritus sanctus mundum de iudicio, quod me iniuste iudicauit. Sic Petrus in die Pentecostes arguit sacerdotes & phariseos quod Barrabam peterent, & Iesum filium Dei morte condemnarent. Arguet etiam mundum, quoniam diabolo debilitato & prostrato, nec resistere vult, dicente Aposto resillite diabolo, & fugiet à vobis. O magna ceci-

S. Chry

Acto. 2.

Iacob. 4

tas, dignissima que reprehendatur, multi diaboli occumbentis vexillū sequuntur, honores, & diuitias, & carnis oblectamenta lætalia amantes, Christi Iesu triumphantis crucē posthabent. Cæterum pertimescant oportet, superbi, quoniam iam iam rexeorum iudicatus est, & ad eandē imaginem ipsi iudicabuntur, ni respiscant & pœnitentiam dignam agant.

Nota.

Quæstio Sed nonne Christus Iesus arguit mundum de peccato, vbi dixit in peccato vestro moriemini? Et iterum. Si ad eos non venissem, & loquutus eis non fuisset peccatum nō haberēt. Ioan. 15 Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Nūquid non arguit de iustitia dicēs. Pater iuste mūdus te non cognouit? Tādem arguit mundum de iudicio, in ignem æternum mittens improbos, qui mandatis eius posthabitis, legem iniquam mūdi custodierunt. Quorsum Spiritus sanctus mittitur vt arguat mūdū,

de

de peccato, de iustitia, & de iudicio? Verū charissimi hebræos tantum Christus arguit, non erat missus, nisi ad oues Israel At ipso ad dexteram patris sedente Spiritus sanctus venit, & vbiq̄ue terrarum euangelium inotescit, iuxta illud. Itē in vniuersum mundum & prædicate euangelium omni creaturæ. Quin & arguente Spiritu sancto mūdum, Christus arguit, dicente Paulo. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus. En quos arguit Spiritus sanctus, eosdem arguit Christus, imò tota Trinitas mundum arguit, quia est opus ad extra. Ergo quia charitas Dei diffundenda erat in cordibus apostolorum per Spiritum sanctum, quæ quidem charitas foras mittit timorem, propterea saluator dixit. Ille arguet mundum. O nimium sc̄elix orthodoxus, quem subinde vt deliquerit paraclētus interne arguerit de peccato quod patrauit, quo peniteat statim, & ne am

1. Cor. 13

Rom. 8.

1. Ioā. 4

plus labascet. Orate fratres & toto pectore precamini, ut tam præcellens donum vobis contingat. Atqui quanta fuerit tunc temporis discipulorum ruditas, nunc palam facit saluator noster hisce verbis.

**Text.** Adhuc multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Mira res, satis & miranda fratres, qui paulo ante dixerat, vos autem dixi amicos, quia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis, is ipse clamat. Multa adhuc habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.

**Ioan. 15.**

**Questio**

Si ita est quod omnia eis referavit, quo pacto tanquam imbecilles multa sunt quæ portare nequeunt? Verum quaestio hæc captum excellit humanum, adsit Spiritus sancti gratia, ut vel balbucientium more aliquid perstringamus. Forsitan per anticipationem dictum est, quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Id est faciam

ciam suo tempore. Alludit ad illud: In principio creavit Deus calum & terram, & enim postea dixit Deus. Fiat firmamentum & factum est firmamentum. Et alibi legimus. Fecit Deus quæ futura sunt. Hæc sanctus Augustinus. In sententia tangit, tracta. 96. in Ioannem. Sed profecto multa apostoli nesciebant antequam renouati essent gratia Spiritus sancti in eos venientis. Videlicet, personarum diuinarum æqualitatem non capiebant, regnum Christi fore spirituale, & non de hoc mundo, quod euangelium spargendum erant in gentes, infidelitatem esse verum peccatum, fidem in Christum viam veram iustitiam, non calebant. Tandem crucem viam ad gloriam æternam esse omnino ignorabāt. Quæ omnia virtute Spiritus sancti, & paraclito doctore, optimè didicerunt. Quid quod tristitia affectus vehemens impedit, ne intellectus valeat cernere verum. Unde Iob. Non possum metuens re-

S. Aug.  
in Ioan.

Iob. 9.

*Eccl. 32.* spondere. Hinc discant prædicatores quo tēpore, & quibus verba Dei propinent. Vbi non est auditus non effundas sermonem, ait sapiens. Et rursus. Tempus tacendi & tempus loquendi. Vel si mauis, dic quod quæcunque docuit Christus, docuit & Spiritus sanctus, iuxta illud. Docebit vos omnia & suggeret vobis omnia, quæcūque dixero vobis, sed quoniā Christo ascendente in cælum, capatiores Apostoli facti sunt, eam ob causam accurius quæ ab ore benedicti saluatoris audierant intellexerunt. Hic clamat Chrysostomus, quo modo cum venerit ille docebit eos omnem veritatem? Num maior est Spiritus sanctus est? Aut maior aut perfectior illius efficacia? absit, mea enim dicet. Vnde sequitur.

*Text.* Non loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur. Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

Ne forsitan quis autumatet, quod illis modo Spiritum sanctum maiorem

rem Christo ideo quem tot egregijs titulis insignierat, nunc equalem sibi esse ostendit. Non loquitur Spiritus sanctus à se, quia non est à seipso, imò nihil est principium sui ipsius. A patre & filio habet esse, & ab illis audit, à quibus spiratur. Itaque audire, hic accipere significat. Nec quæpiam moueat, quod de futuro dictū fit, quæcunque audiet loquitur. Audiuit, audit & audiet, qui ab æterno Deus est cum patre, & filio. Ad hæc ubi Spiritus sanctus, quod audit loquitur, & Christus quæ à patre audiuit nobis patefecit, discant Pseudo prophete obmutescere, quippe qui de corde suo loquuntur cōmēta sua. Nempe Sathanas spiritus mēdax est, & pater mendacij, & ideo suos docet mendacia loqui, & non quod dominus locutus est. Sic per Hieremiā conqueritur. Non loquebar, & ipsi prophetabant, ait dominus. Atqui Spiritus sanctus futura annuntiavit eis, constituens eos prophetas. Vt de

*Nota*

*Hier. 27.*

*Hier. 23.*

**Petro, & Ioanne in sua Apocalipsis perspicuum est.**

**Tex.**

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

Vbi notat diuus Augustinus. *Tra.*cta. 100, in Ioannem. Non negligenter transeundum est. Quod enim ait ille me clarificabit, potest intelligi, quia diffundendo in cordibus credentium charitatem, spiritualesque faciendo, declarauit eis quomodo filius patri esset æqualis, quem secundum carnem prius tantummodo nouerant, & hominem sicut homines cogitabant. Vel certe per ipsam charitatem exuberantem, ablati sunt timor, & ardentius, ac fidentius, per omnia mundi climata, predicauerunt Apostoli Christum esse verum Messiam, verumque filium Dei. Alia translatio habet, ille me glorificabit, id est gloriosum ostendet. Græce, doxa, latine claritas, seu gloria interpretatur. Gloria fit quisque clarus, & claritate gloriosus. De meo accipiet, hoc est, vna est eius es-

sentia

sentia & mea, & sicut à patre, ita à me habet esse. Clarificauit Spiritus sanctus Christum in cordibus fidelium, ita ut omnes agnoscant, datam esse ei omnem potestatem in cælo & in terra. Clarificauit rursus, per apostolorum prædicationem, clarificemus nos eundem regem ac saluatorem nostrum, mandatis eius obtemperantes, in hilaritate ei seruientes. Quomodo nos ipse honorificare dignetur coram patre cælesti, cui sit honor & gloria, in secula. Amen.

*Mat. 28.*

**ANNOTATIONES**

*appendices.*

**PRIMO** notandum quam grata sit saluatori nostro memoria facere necis illius. Planè quotidie ad nos querimoniam facit & ait. Vado ad eum qui misit me & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Hoc est quã pauci fideles de mea atroci passione candido cogitant corde. **Quin**

*Anno. 1.*

L 5

& tuas

& suas ignominias propemodum, suasque calamitates inuicem loquuntur, alterutrum & affantur, at de cruce mea, de spinea corona, aliisque cruciatibus meis posthabitis, nec ore tenus enarrant. Adeoque orthodoxi mei tanti beneficij oblitij sunt, vt pene quisquam sit, qui vtrūq; postem sanguine agni immaculati, pro libertate totius mundi occisi liniat. Hoc est, qui intellectu & affectu flammigero, mortis mee sit memor, rara auis in terra appellatur. Nempe datus sum obliuioni, ait Christus Iesus tāquam mortuus à corde. Oblectemur charissimi iam oportet, in contemplatione iugi passionis Christi. Alioqui ingraturudinis noxam euadere nequibimus.

Exod. 12  
Figura.

Pfal. 30.

2

Secundò aduertendum quam tenere apostoli saluatorem diligebant quippe qui de abscessu eius audiētes valde contristati sunt. Vnde dominus volens mederi eorum infirmitati, nam tristitia animi langor est, sic

cos

eos alloquitur. Sed quia hæc dixi tristitia impleuit cor vestrum. Heu fratres quam stupidi nos sumus, quam repide Iesum amamus, de cuius absentia, nihil minus facimus quam lugere aut tristari. Imo tenemus tympanum in manu & citharam, gaudemus ad sonitum organi, ducentes in bonis vitam nostram. Faxit Deus, ne nobis eueniat quod sequitur. Et in puncto ad infernum descendunt. Beati Pauli iam dogma salubre audiamus, & vt par est, opere illud impleamus. charissimi. Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu. Et iterū Christo confixus sum cruce.

Iob. 3.

Phili. 2.

Tertio annotatu dignum est Christi Iesu verbum, expedit vobis vt ego vadam. Qua sententia dominus nobis palam facit, quam perneccessaria fuerit eius gloriosa mors. Huc nifalor alludit illud Nisi granum frumēti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit multum fructum affert.

Ioan. 12.

Quando

Quandoquidem nemo verbis con-  
 qui potest, quantum commodi mun-  
 do attulerit saluatoris nostri passio.  
 Idque dominus ostendit Ioan. 3. Si-  
 cut Moses exaltauit serpentem in de-  
 sero, sic oportet exaltari filium ho-  
 minis. Ut omnis qui credit in illum  
 non pereat, sed habeat vitam æter-  
 nam. Ita est vt theologi aiunt, quod  
 absolute modus redemptionis no-  
 stræ necessarius non fuit, nam Deo  
 omnia possibilis sunt. Veruntamen  
 ex suppositione quadam, necessum  
 erat Christum mori, ratio, quia im-  
 possibile est, Dei prescientiam falli,  
 & eius voluntatem, seu dispositionē  
 cassari. Et quoniam pater sic insti-  
 tuit mundum redimere per filij sui  
 mortem, oportuit illū mori. S. Tho.  
 3. q. 46. ar. 2. & diuus Augustinus. li.  
 13. de Trinitate. Sanande nostræ mi-  
 seriæ conueniētiōr modus non fuit,  
 quam per mortem Christi. Recte er-  
 go dictum est expedit vobis & maxi-  
 mē vestra refert, vt ego vadam. Alio  
 qui

3. di. 18.  
 ar. 6. q. 3

qui aditum cæli inuenire non vale-  
 bitis, nec paracletus veniet ad vos.

Quartò silencio pretereundum nō  
 est, quod omnes velint nolint pere-  
 grini sunt, & dicere poterunt vadi-  
 mus. Omnes nāque morimur, & qua-  
 si aqua delabimur in terra quæ non  
 reuertetur vnquam. Pergimus in-  
 quam dormientes, siue vigilātes, et  
 in naui in vastissimo nauigātes mari.  
 Imo suapte natura homo, nūquam  
 in eodem statu permanet teste Job.  
 Sed pro nefas, quia nō omnes ad pa-  
 trem vadunt, cum Christo Iesu. Sanē  
 si ad Deum pergis homo, quorsum  
 te tot diuicijs oneras? Cur tot pecca-  
 tis onustus ambulās? Qui ad Deū va-  
 dit temporaria spernit, æterna bona  
 ob oculos semper habet, mandata  
 Dei pro sua virili implere contēdit.  
 Et cum Paulo audacter clamat. Eo-  
 rum quæ retro sunt obliuiscens ad  
 ea quæ anteriora sunt me ipsum ex-  
 tendens.

Re. 14

Simile

Phi. 3

Quintò denique Spiritu sancto  
 doctore,



doctore, in omnem veritatem ducimur, quique docet fideles omnem veritatem, de quo spiritu propheta cecinit. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum. Is planè à quouis errore non eripit, & homines seductores, & impostores patefacit. Quo ab eorum technis, & laqueis fugiamus. Is inquam ecclesie pastores, doctores, & euangelistas abunde largitur in edificationem corporis Christi, vt pulchre apostolus asserit. Mira res, Spiritus sanctus non erat datus eo quod Iesus nondum erat glorificatus veluti Ioannes recenset. At contra spiritus nequam mendax est, & pater mendacij, à quo secte omnes, hæreses, & errores tanquam à fonte letali dimanant.

Psal. 141.

Ioan. 7.

SO DOMINICA QVINTA

post pascha, declamatio

quinta.

QVAM



VAM sit nobis opus precatione, & oratione assidua charissimi fratres, vel ex hoc cunctis perspicuum erit, quod

vita nostra militia quedam est, & inimicorum nostrorum cuneis vallati sumus, quocumque incedamus. Quinimo beato Petro teste, diabolus iramagna succensus, tanquam leo circumit, querens quem deuoret. Quare obrem nos vigilare oportet, & orare ne forte in temptatione dilabamur. Vnde exactè rex ille Iosaphat ammonitarum cuneos inspiciens, precatione facta, sic aiebat. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum domine habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Cum ergo les sic habeat, & sine oratione nos fragiles & inermes simus, precatione humilique freti, hostiles incursus facile vincamus. Ideo saluator noster beneficentissimus, salutis nostre auidissimus,

1. Pet. 5.

2. Par. 10

mans.

mus, vt nos ad orandum allecetet magna in sacro euangelio precantibus pollicetur. Nec simplici verbo id asserit, sed, ceu iureiurando promittit, nobis orantibus, siquid peccetimus se daturum. Nos verò Christo Iesu adiuuante, lectionem Sancti euangelij pro nostra virili, indagare incipimus, quippe quæ sic habet.

euāgelij  
Ioan. 16 Amen amē dico vobis. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

Magna sunt hæc charissimi, & omni acceptione digna, paulisper obsecro gradum figamus, & singula explicare enitamur. Iuramento duplici confirmat Iesus pollicitationem suam, ne aliquid dubij in corde nostro remaneat. Est utique ingens fragilitas nostra, vt ea quæ nō videt credit. Hinc Nichodemus, alioqui doctor,

Ioan. 3. & magister in Israël, de sacro baptismate mira audiens dixit. Quo

Ioan. 4. modo possunt hæc fieri? Et mulier-gula illa Samaritana, Christo Iesu respondit.

respondit. Nec in quo hautias habes vnde ergo tibi aqua viua? En prudentia carnis quā stupida est, & rudis. Vt igitur tam è pectoribus apostolorū, quam de cordibus nostris radicitus Christus euellat omnem dubitationem, saluator iterum, atque iterum quod promittit, iuramento confirmat. Nec apostolis dumtaxat pollicitatio hæc facta est, sed cunctis electis, & predestinatis donum hoc tam precellens repromissum fore nemo est qui ambigat. Quod vobis dico, ait saluator noster, omnibus dico. Quid dominus tā seriose loquatur iā ipse indicat. Siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis Perinde dicat. Hoc vel solum solacium inter omnes erumnas & calamitates seculi huius sufficeret, quāuis omnia alia deessent, quia patrem beneuolū habetis in cælo. Quippe quem inuocare poteritis, & ipse dubio procul vos exaudiet. Verūm nihil negare poterit amicis meis, & meo nomine postu-

Nota.

*Ioan. 15.* stulantibus. Sanè hoc ipsum supra promiserat, sed ideo eandem sententiam auribus eorum inculcat, vt fortius, ac tenacius pectoribus eorū adherescat. Nec non vt nos fideles adorandum allectet, excitetque, nam in oratione maxima salutis nostre

*Psal. 90.* pars sita est. Huc attinet illud psalmi. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. O mira verborum series, clamabit fidelis ad dominum, & ipse exaudiet eum, eripietq; illum in quavis

*Psal. 21.* anxietate sit. Et rursus. Ad te clamauerunt patres nostri, & liberati sunt, ad te clamauerunt, & non sunt confusi. Quid multis immoror? Christus Iesus rex, & dominus noster oratione obtinuit gentium principatū,

*Psal. 2.* dicente patre cælesti. Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuā & possessionem tuam terminos terræ. Taceo de Cananea, & latrone sancto, quibus orantibus dominus pepercit illis, & thesauros misericordię suę impertiuit eis. Nos fratres tam

mitifi.

mirificis exemplis commoti, precationi, & orationi instemus oportet. Atqui obseruandum est, quid petere orantes debeamus. Profecto non quodcunque in os veniet id postulare debemus. Ne forte ex ore Christi audiamus, quod non absque probro duo fratres audierunt. Nescitis quid petatis, ait saluator Ioanni & Iacobo apostolis. Quas ob res signanter dixit. Siquid petieritis patrem. Equidem qui vindictam de inimicis expostulat, qui honores mundi affectat, qui denique fugatia bona deposcit tantum, is nihil petit, nec dignus est qui exaudiat. Notandum est autem quod temporalia bona, vt quædam adminicula non tamen principaliter, desiderare, & petere à Deo licet. Alioqui rex Salomō non dice-

*f.*

*Mat. 20.*

*Prou. 3*

*Ethi. 1.*

S. Tho. 22. q. 83. ar. 6. Itaque ma-  
22. q. 83. lum aut frustraneum petere non o-  
portet, sed quod bonum solidum, ac  
frugiferum est, illud deprecamur.

Iaco. 4. Alioqui diuus Iacobus in sua episto-  
la non nobis diceret. Petitis & non ac-  
cipitis, eo quod male petatis. Ecce  
quid petendum, ne frustra orando  
laboremus, perdamusque laborem  
& impensam. Cæterum, catenus ait  
dominus, si petieritis, ut donum libe-  
ri arbitrii, quo homo insignitus est  
ostendat. Equidem orare non cuius-  
uis creature, sed rationalis tantum-  
modo est. Ratio, quia orare est actus  
religionis, iuxta illud. Sacrificium  
laudis honorabit me. Sacrificium ve-  
ro summo numini offerre ad patriam  
virtutem attrinet. **Qui** in orare sub præ-  
cepto religionis cadit. **Quod** sanctus  
doctor pulchre suadet ex illo Chri-  
sti Iesu verbo. **Petite & accipietis.** 22  
q. 83. articulo. 3. maximè necessita-  
tis tempore.

Psal. 49

Mat. 6.

Cæte-

Cæterum saluator noster insinuat  
quem orare nos oporteat, utique pa-  
trem cælestem. Modo in nomine sal-  
uatoris postulemus. Nempe hoc ver-  
bo vel maximè spem nostram erigit,  
affectum demulcer, cordaque nostra  
ad orandum vehementer excitat. Si-  
quid pecceritis patrem inquit, dabit  
vobis. Verum nil refert utrum patrem **Dogma.**  
petamus in nomine dilecti filij sui,  
an orationem nostram ad eundem  
filium dirigamus. Plenè si res ferat,  
ut concedatur quicquid à patre peti-  
mus, filius concedit cum patre, & Spi-  
ritu sancto. Est quidem vna voluntas  
tribus personis, par omnipotentia,  
& eadem bonitas. Nihilò secius fas  
erat ut personarum distinctionem fi-  
deles scitent, & ob hanc causam sæ-  
penumero saluator noster, ad patrem  
nos mittit. **Qui**que alibi clamat. Ego **Ioan. 10**  
& pater vnum sumus. Vnitas sanè,  
ad essentiam & deitatem sanctæ tria-  
dis pertinet, pluralitas quam subin-  
dicat dicendo sumus, personarum  
M 3 realem

realem diuisionem testatur, diuo Augustino teste. Sub hæc, non dominū, iudicem, aut regem appellauit, quæ nomina maiestatem atque timorem prefeferunt. Quid suauius, aut quid obsecro dulcius, quam cælestem patrem, corde & ore exorare? Si vos cū sitis mali nostis bona dare filijs vestris, quanto magis pater uester cælestis dabit spiritum bonum petenti bus se? Efficax planè argumentum, cui obistere nemo potest. Nonne hic pater illè est misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui cōsolatur nos in omni tribulatione nostra? Verum si filij sumus tam præcelsi patri fidamus oportet. Itaque, ubi patrem oramus fidutiam magnā nos decet habere. Alioqui si quis hæ sitat similis est fluctui maris, qui à vètō mouetur & circumfertur. Non extimet homo ille, ait Iacobus, quod accipiet aliquid à domino. Postulemus chrisissimi in fide, nihil hesitantes, alioqui frustra crit precatio nostra

Lucæ. 11.

Iac. 1.

nostra. O nos foelices fratres, qui cū antehac filij ire essemus, iā iam per Christum Iesum adoptionem filiorum quamuis immeriti accepimus, quo fidenter clamare possimus. Pater noster, qui es in cælis sanctificetur nomen tuum. Sic planè docuit nos orare totius mundi saluator Iesus. Quod verò ait in nomine meo, idem est ac si dicat, non vestris sed meis meritis dabit pater, quod rectè exposcitis. Hinc sacra Romana ecclesia spiritu Dei afflata, in fine orationum, sic exorat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū. Vnde sanctus Augustinus inquit. tractatu. 102. in Ioannem. Non petitur in nomine saluatoris, quicquid petitur contra rationem salutis. Signanter quidem ait, dabit vobis, nō quidem quod statim accipiat orans, nam quædam non negantur, sed vt congruo tempore dentur differuntur. Huc pertinet illud Dauidis. & tu das illis in tempore oportuno. Aperis

Tirum. 1

S. Aug.

Ps. 144.

tu manum tuam & imple omne animal benedictione . Hic niffalor maximè tollerantia opus habemus, eo quod non confestim , vt genius carnis postulat, accipit , sed quando Deus optimus vult, & magis precanti expedit. Vel ob id dictum est dabit vobis , quoniam vt quis impetrare queat quod postulat, fas est, vt prosepetat necessaria ad salutem , pie & perseueranter. De quibus in sequenti declamatione, vberi<sup>o</sup> domino optulante differemus.

Nota

Sanctos oportet inuocare.

Animaduertendum hic est , quod nō modo Deum orare orthodoxus debet, sed etiam deiparam Mariam & omnes sanctos. Faceſſat iam hæreticorum vefania, & execrandum cōmentum, qui ore reprobo sanctorū preces & merita, nec non solemnia illorum spernunt diaboli versutia obcecati . Audiant illud sancti viri Iob, & obmutescant. Voca, si est qui exaudiat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Rursus citharedum regalem

Iob. 5.

lem auscultent dicentē Miliiautem nimis honorati sunt amici tui Deus nimis cōfortatus est principatus eorum. En rex sanctus , honore maximo amicos Dei prolequitur, scelertissimi neochristini sanctorum honorem nihili pendunt. Quandoquidem fratres mei, tam sunt preces sanctorum Deo grate, tamque ipse optimus mundi conditor eis delectatur, vt Moses adhuc in terreo corpore degens, mortalēque vitam agens, vna precatione furorem Dei placaret, ne populum idolatrantem proſus perderet. Dicente scriptura. Placatus est dominus, ne faceret malum, quod concutus fuerat aduersus populum suū. Quid, quod orante Helia, qui homo erat similis nobis, vt optime notat Iacobus, calum perinde atque anem efficitur, ita vt tribus annis, & eo amplius non pluerit. Rursus orauit, & catharate cæli aperte sunt, & pluuia descendit. Siquidem qui in hoc exilio tam mira, & stupenda miracula

*Exod. 32*

*3. Re. 17 & 18.*

patrarunt, quid ubi iam facie ad faciem in cælo Deum intuentur, non impetrare poterunt? Profecto Deum optimum oramus, quasi per ipsum implenda quæ petimus, & hæc omnia ordinantur ad gratiam & gloriã consequendam, quæ solus Deus elargiri valet, Prophæta contestate. *Gratiã & gloriã dabit dominus. At qui sanctos & angelos precamur, quo eorum precibus & meritis, preces nostras sorciantur effectum. Quo attinet illud Apocalipsis. Ascendit fumus incensorum, de orationibus sanctorum, de manu angeli corã Deo. Idq; omnibus palã est, ex modo quo sancta ecclesia orat. Nam à sancta Trinitate procliuiter petimus, vt misereatur nostri. Ab alijs sanctis nõ ita, sed obnixè obsecramus, orẽt pro nobis Deum. S. Tho. 22. q. 83. artic. 4. hætenus pro modulo nostro quid petendum, & quomodo, & à quo sit petendum explicauimus, nunc euangelium sequamur.*

Psal. 83.

Apo. 8.

Vsq̃ue

Vsq̃ue modo non petistis quicquã in nomine meo, petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Text.

Semper Christus Iesus totus est, in consolatione discipulorum, videns eos tristitia cõfectos. Sic sapiens monet dicens. Date siceram merẽtibus, & vinum ijs qui amaro sunt animo. Cur ita? Nempe vt bibant & inebrientur, & obliuiscantur malorum suorum. Eam obrem saluator noster sic apostolos alloquitur. Hucusq; in nomine meo nil postulastis patrẽ, post hac petite, haud dubie recipietis. Mira res, nonne discipuli gaudentes reuerfi sunt & dicebant. Domine etiã demonia in nomine tuo subijciuntur nobis? Nũquid mari intumescente, non orarunt. Domine salua nos perimus? Quomodo nil hætenus petierunt in nomine Christi? Dicendũ quod si Christum Iesum equalem patri credidissent, nullatenus admirantes dixissent in nomine tuo demonia nobis parent. Verum sic præsen-

Pro. 31.

Luc. 10.

Mat. 8.

tiæ corporali eius in hærebant, vt cor  
da sursum ad patrem non eleuarent.  
At ipso in calum cõscendente com  
pulsu sunt, orare patrem in nomine  
filij. Quod verò subnectit, vt gaudiũ  
vestrum sit plenum, perinde est ac si  
dicat. Ante hac vobis iussi in nomi  
ne meo petere, tamẽ quid petatis nõ  
indicaui, ecce quo tenderẽ debeant  
precaõnes vestre. Petite vt gaudiũ  
vestrum sit plenum. Eu scopus in  
quem dirigere vos decet cuncta desi  
deria & orationes. Beatus Augusti  
nus hoc gaudium perfectum reffert,  
ad fructiõẽ gloriæ cælestis. De quo  
gaudio dominus ait. Euge serue bo  
ne, & fidelis quia super pauca fuisi fi  
delis intra in gaudiũ domini tui. Pa  
pẽ, tam est ingens & exuberans gau  
diũ beatorum, vt non illud in ipsis  
sed ipsi in illo, veluti anfora in oceano  
intrare dicantur. Saciabor ait rex  
Dauid, dum apparuerit gloria tua.  
Tũc videbis & afflues, & mirabitur  
& dilatabitur cor tuũ clamat Esaias,  
& rectẽ.

S. Aug.

Psal. 16.

& rectẽ. Vel sic intelligi potest. Pro  
missi vobis post abitum meum, affu  
turum paraclætum spiritum verita  
tis, qui vos erudiat, inflammet, ac ro  
boret, hoc instanter petite, quo aduẽ  
tante mirum in modum gaudebitis,  
imò tunc gaudiũ vestrum plenum  
erit. Adeo vt virtute paraclæti, etiam  
in flagris carceribus, & probris læti  
tia perfusi iubilantes gratias immor  
tales agatis mihi. Hinc Lucas in a  
ctis apostolorum inquit. Ibant apo  
stoli gaudentes à conspectu concilij  
quoniam digni habiti sunt pro no  
mine Iesu contumeliam pati. Nos  
charissimi, in nomine Christi, hoc  
est, ob precellentia eius merita, pa  
trem exorantes spiritale gaudium pe  
tamus, cum psalmographo dicẽtes.  
redde mihi lætitiã salutaris tui. Et  
iterum. Domine lætifica animã meã  
quia ad te eam leuaui. Neutiquam  
mundi gaudium affectemus quippe  
quod futile atque fugax est, nec non  
& instar pũcti volitat, quemadmodũ  
sanctus

Act. 15.

Psal. 50.



sanctus Iob contestatur. O nimis foelix orthodoxus de quo sapiens dixit. **Eccle. 15** Iucunditatem & exultationem thesaurizauit super eum, & nomine æterno hæreditauit illum, dominus Deus noster. Signanter ait, thesaurizauit. Eo quod omne aurum, & argentum omnes gemme vernantes, in comparatione spiritualis lætitiæ arena exigua reputantur. De qua lætitiæ mirabili in psalmo legimus. **Psal. 26.** Vnam peti, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Faxit Deus optimus fratres, vt hoc gaudium cælestæ, vel in hoc calamitoso seculo delibemus.

**Text.** Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora quando iam non in prouerbijs loquar vobis sed palam de patre meo annuntiabo vobis.

Prouerbia appellat, ea quæ paulo ante dixerat qualia sunt. Modicum & non videbitis me, & illud mulier cum parit tristitiam habet. Et alia id genus. Et quia ipso resurgente cum illis

illis quadraginta diebus morastra- xit, aperte loquens de regno Dei, ob id dixit venit hora, cum iam in prouerbijs non loquar vobis. Vch mundi amatoribus, quibus adhuc euangelium sanctum enigma & parabola quædam est, ambulat vt ceci quia domino peccauerunt. In quorum typo, de ipsis Apostolis legimus, quod viso Iesu circa nauim putauerunt phantasma esse & timuerunt valde. Quibus ille. Ego sum nolite timere. Equidem si Hebræi illum agnouissent non vtique crucifixissent. **Qua** quam inscitia eorum penitus haud illos excusabat, ignorantia nimirum laborabant, sed affectata, obcecante eos eorum malitia & peruerbia. Aut prouerbia vocat, quæ legis antiquæ erant umbratica, quibus succedit veritas, & referata fuere, quæ in figura erant tantum. Lex per Moysen data est. gratia & veritas per Iesum Christum facta est. **Ioan. 1.** Quas obres saluatore moriente velum templi cælesti virtute

Nota

Ioan. 1.

**Matt. 27** tute scissum fuit, à summo vsq; deo-  
 rum. Quidam horā illam in qua pa-  
 lam loquutus erat eis, de beatitu-  
 dine cælesti exponunt, quando vide-  
 bimus Deum sicuti est. Sed genuinus  
 sensus & litera cōformior, quē prius  
 attigimus est.

**Text.** In illo die in nomine meo petetis  
 Ecce iam seipsum explanat, ita ut nō  
 de futura, sed de presenti vita sit ser-  
 mo. Enim verò, in cælesti patria ora-  
 tione opus non erit, sed in hoc exi-  
 lio tam est necesse orare, ita ut domi-  
 nus dicat. Oportet semper orare, &  
 nūquam desicere. Quandoquidem  
**Figura.** orāte Mose, Amalech a populo Dei  
 vincebatur. At precatione autē frige-  
 scente, ex templo cruentus hostis  
**Exo. 17.** preualebat, idque vnicuique ortho-  
 doxohodie contingit. Eodem planē  
 expectat Pauli sacrum dogma. Sine  
 intermissione orate. Vult ergo salua-  
 tor dicere. In illo die postquam spiri-  
 tus veritatis in vos aduenerit, agno-  
 scetis me esse mediatorem Dei & ho-  
 minum

minum. Imo exploratum habebitis  
 me esse in patre & patrem in me. Et  
 hoc est quod in actis legimus, erant  
 perseverantes in oratione. Profecto  
 fratres vbiūque Spiritus sanctus ha-  
 bitat, inibi creberrime orationes fiūt  
 & preces plurime ad ethera  
 ascendunt.

Et non dico vobis quia ego roga-  
 bo patrem de vobis, ipse enim pater  
 amat vos, quia vos me amastis & cre-  
 didistis, quia à Deo exiit.

Vbi diuus Augustinus, ad hoc quip-  
 pe intuendum, quomodo non rogat  
 patrem filius, sed simul exaudiunt ro-  
 gantes pater & filius, non nisi spiri-  
 tualibus oculis mentis ascenditur.  
 Quod autem in quibusdam codici-  
 bus habetur, nunc dico vobis, scri-  
 ptorum inertia factū est. Observādū  
 quod paulo superius contrarium as-  
 seruisse videtur. Ego inquit rogabo  
 patrem, & alium paraclerum dabit  
 vobis. Nunc verò ait. Non dicō vo-  
 bis, quia ego rogabo patrem de vo-  
 bis.

*Nota.*

*Iohan. 14* bis. Sanè in passione sua orauit pro  
 eis, vt vnū sint, & impetrauit Spiritum  
 sanctum. In altero die reuelate gratiæ,  
 illo surgente, & in cælum cõscendente,  
 opus non erat vocali oratione, nec noua  
 reconciliatione. In cælo non opus est  
 vocalis oratio, sed tantum representatio  
 suę benedictiõnis. Ipse nãque apparet  
 vultui Dei pro nobis, ccu testatur aposto-  
 lus. *I. Iohan. 2* Quin aduocatū habemus  
 apud patrem, Iesum Christum iustū. Ipse  
 est propitiatio pro peccatis rotius mundi.  
 O mirandam summi numinis erga nos  
 beneuolentiam, ipse dedit nobis filium  
 suum dilectum, propitiatorem, redempto-  
 rem, & aduocatum, quo fidentius ad  
 thronū gratiæ eius accedamus. Huius  
 fidutiæ mirabilis veluti rationem prebens  
 subnectit.

*Text.*

Ipse pater amat vos, quia vos me  
 amastis., & credidistis quia à Deo  
 exiui.

Obmutescant iam labia dolosa he  
 retico-

reticorum, & lingua eorum palato *Cõtra*  
 adhæreat. Non post hac palmam tri *hæreti-*  
 buant fidei tantum, quippe que, sine *cos.*  
 charitate mortua est, ac proinde vi-  
 tam æternam dare non potest. Sal-  
 uator noster vtrūque agglomerauit,  
 vtrūque iure optimo expetit, vt cre-  
 damus & eum diligamus. Quam ob  
 rem ait. Quia vos me amastis & cre-  
 didistis. Vos fratres cauetes, & pro vi-  
 rili vestra fugite, ne quis vos seducat,  
 per inanem philosophiam. Extat  
 constans Apostoli sententiã. Si ha- *i. Cor. 13*  
 buero omnem fidem, ita vt montes  
 trãseram, etiam si tradidero corpus  
 meum, ita vt ardeam, charitatem nõ  
 habuero, nihil mihi prodest. Quis  
 adeo demens qui tam limpidissimã  
 candidãque philosophiam non in-  
 telligat Allucinantur sanè, qui in re  
 tam conspicua tãque nota addubi-  
 tant. Hic tamen opeteprecium erit  
 notare, quod non nos prius dilexi-  
 mus Deū, sed ipse prior dilexit nos.  
 Imò ipse elegit nos in Christo ante *i. Ioã. 4.*

mundi constitutionem, vt effemus sancti, & immaculati. . . Quid quod amare Christum est bonū, ergo inest nobis à Deo. Sic Deus vult nobis hoc bonū, quod est toto corde amare Christum. Liquet igitur & satis cōspicuum est, nos Christum amare quia Deus nos amat, & non ecōtrario. Itaque nos amare Christum signum est, quod nos pater amat, non causa. Vel sic, amor noster ad Christum, causa est, quod Deus diligit nos volendo bonum gratiæ consummate. Nam sine charitate, nemini vult Deus conferre gloriam. Cæterū quid foelici⁹ nobis fidelibus obtingere potuit, quā à patre amari? Quis adeo stupidus, vt non gliscens vehementer exultet? Si magnum apparet à regibus amari, de quibus Dauid, nolite confidere in principibus, in quibus non est salus, quanto plus erit ab optimo, maximoque numine amari? Vis homo amari à patre, candido pectore ama filiū eius Christum.

S. Tho.  
1. p. q. 10.

Pf. 144

sum, Imò qui non amat se sum anathema sit, ait dilectus discipulus Paulus. Nullum sacrificium aequè gratū est cælesti patri, quam fides, & amor in Christum vnigenam filium eius. Ex fontibus his, sancta desideria nostra, verba candida, opera preclara dimanant.

Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mūdum & vado ad patrem. Text.

Quemadmodum exiuit à patre nō relinquens patrem, iuxta illud, ego in patre & pater in me est, sic derelinquens mundum, non deseruit mundum, imò calum & terram ipse implet. S. Augustinus tracta. 102. super Ioannem. Exiit à patre qui de patre est, in mundum venit, qui mūdo ostendit, quod de alma virgine assumpsit. Reliquit mundum corporali discessione, perrexit ad patrem hominis ascensione, nec mundum reliquit presentie gubernatione. Hæc ille. Descendit itaque filius Dei ad nos.

S. Aug.  
in Ioan.

ut suam charitatem nobis ostēderet, inuē ad patrem per crucem, quo sum mam obedientiam iudicaret. Admo nens nos ut descendamus ad proximos nostros in necessitate & pauper tate subleuandos. Alioqui, qui pro ximum non diligit quem videt, quo modo Deum diliget quem non vi det. Deinde ascendamus ad patrem oportet, per obedientiam omnium mandatorum. Sic enim scriptum est Si vis ad vitam ingredi, serua manda ta. En angeli qui per scalam Iacob, nunc descendunt, nunc ascendunt, prout proximi necessitas ex postulat Quin descendendo, & fratribus no stris proficiendo, ascēdimus ad Deū p̄cepta illius adimplendo. Quod vni ex minimis meis fecistis, ait Chri stus, mihi fecistis. Mirabile dictu, sic dominus manifestē apostolis loque batur, ut ipsi responderint.

1. Ioh. 4.

Gene. 28

Figura

Tex.

Ecce nunc palam loqueris & pro uerbum nullum dicis, nunc scimus quia scis omnia, & non est opus, ut

quis

quis te interroget.

En apertius quam antea de patre Li. 5. de intellexerunt, ideo sic discipuli lo Trini. quuntur. Vnde sanctus Hilarius. Scie bant apostoli Christum à Deo mis sum, exisse autem à Deo nesciebant. Inenarrabilem verò illam filij nati uitatem per virtutem dicti istius in telligentes, tunc primum cœperunt aduertere, cum illum viderunt sine prouerbijs esse locutum. Equidē ar gumentum magnum deitatis Chri sti, illud fuit quod abdita cordis rese rabat. Paruum est cor hominis, & in uestigabile, quis cognoscet illud? Hier. 11. Ego dominus scrutans corda. Rursus homo videt que foris patent Deus au tem intuetur cor. Vos obsecro fra tres præparate Deo corda vestra, & 3. Reg 3 solerter vigilate, ne dumtaxat verba, & opera, sed cordium desideria can dida sint, & digna, quæ Deus gratan ter inspiciat. Vox eius ea est Auferte Efa. 1. malum cogitationum vrarū ab ocu lis meis Norandum, quod nūc apo

foli sibi placent, veluti exacte Christi verba intellexerint, verum tamen eadem nocte calamitate instante dubitare ceperunt, & ipso relicto omnes fugerunt. Idque prohi dolor nobis quotidie contingit, dum prospera eueniunt, & omnia arident, euangelium sanctum intelligere existimamus. At tentatione urgente tamquam fragiles cunctari incipimus. Vnde scriptum est. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem aiunt, nunc scimus quia scis omnia, ita est, nam in ipso sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei absconditi, ceu Paulus clamat. Imò ipse sapientia patris est, attingens à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suaviter. Quod non vulgare solatiū affert nobis christianis, sanè nihil latet Christum, quia Deus omnipotens est. Ipse intuetur cordis arcana, ipse intima pectoris nostri rimatur. Quo pertinet illud Apostoli. Omnia nuda & aperta

Dogma

Luc. 8.

Sap. 8.

Heb. 4.

aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Nissfallor hæc vel sola consideratio sufficiens foret, vt omni custodia arcem cordis nostri custodientes cogitationes prauas repelleremus. Omni custodia custodi cor tuum ait sapiens, quid ita? Planè, quia ex ipso vita procedit. In hoc credimus quia à Deo existi. Audientes discipuli quod patrem haberent amicum, & quod intercessione Christi non indigerent amplius, lætitia affecti magna loquuntur & insolita. Nam ipsum omnia scire asserunt, nec opus habere ab aliquo didisci quicquam. Denique illum existisse à Deo incunctanter profiterentur. Non enim per consuetudinem humani partus Deus de Deo nascitur, cuius à Deo exitio, potius quam partus est. Enim verò vnus ex vno non est portio, nec defectio, non deriuatio, aut diminutio, sed viuientis naturæ ex viuente natiuitas est. Nec vt esset cœpit ex nihilo, quod planè

Prou. 4.

Text.

Nota

N 5 pecu-

peculiare est creaturæ. Dicente propheta. Egressus eius à diebus æternitatis. Sic sacrosancta ecclesia canit, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verū de Deo vero exisse. Quibus verbis Arrianorum stultitia retunditur, qui temere filium minorē patre dixerunt. Verbum erat apud Deū  
**Ioan. 1.** & Deus erat verbum, ait beatus Iohannes, horum hæreticorum ora occludēs. Ceterū mirabile est, quod apostoli, post tot miracula, & virtutes, post sacra dogmata ex ore bñdicto Christi Iesu profecta, nunc clament, nūc scimus quod scis omnia, & in hoc credimus quod à Deo existi. Vbi  
**Theop.** Theophilatus, Christus dicens eis, nunc creditis, ostendit quod imperfecti sint, & quod nihil magni hactenus de se intellexerint, sed deorsum & in terris versabantur. Itaque quodāmodo impropere illis tarditatē  
**Mat. 13.** fidei. Quid plura? Alibi dixerat velut stomachatus. Adhuc vos sine intellectu estis? Et iterum, o stulti, & tardi corde

corde ad credendum in his quæ scripta sunt de filio hominis. Nissfallor Luc. 24. ruditas discipulorum non vulgarem vexationem attulit Christo Iesu, crāt quidem valde rudes, & obtusi. Quod alto suo consilio ipse sic instituerat, eligens ea quæ non sunt, vtea quæ sunt destrueret. Nec voluit sapientes  
**1. Cor. 1.** huius mundi eligere, vocans acutissimos philosophos sapientia predictos, ne gloriatur omnis caro in conspectu Dei. Quin & saluator gratias agens patri quod absconderit arcana sua à sapientibus & prudentibus, reuelaritque ea paruulis, exultavitque in Spiritu sancto. Et ceu tanti secreti rationem subindicans ait. Quia sic placitum fuit ante te. Verum quod Deo optimo placet, rectum & iustū sit oportet.  
**Mat. 11.**

Nos verò charissimi qui à cunabulis in euāgelica doctrina enutriti sumus, fas non erit cōnuere, aut quoquo modo de Christi diuinitate cūctari. Alioqui magni periculi res est

si adhuc sicut tunc Apostoli qui par-  
uuli erant, de saluatoris nostri deita-  
te dubitauerimus. Ipse Deus & ho-  
mo est, qui nos ex nihilo creauit, qui  
nos cruore suo roseo è faucibus za-  
buli redemit, qui denique, vt occide-  
ret mortem vestitus est morte, vt per  
beile diuus asserit Augustinus. Hunc  
vt par est, toto diligamus affectu, in  
hunc fide infracta credamus, ei per  
omnia obtemperantes inseruiamus.  
Quo in caelesti aula eo potiri merea-  
mur. Cui sit honos, & gloria, cū pa-  
tre, & paraclito Per infinita secula.  
Amen.

**SO ANNOTATIONES**

*appendices*

Anno. I. **P**RIMO notandum, quam mira-  
bilis virtutis sit nomen Christi Ie-  
su, vt in efficacia eius pater cuncta  
quę poscimus largiatur. Vnde recte  
scriptum est. Non est aliud nomen  
nobis datum sub caelo, in quo oportet

reat nos saluos fieri. Ecce fons & oc-  
ceanus, vnde tota mundi salus scaturit  
nomen saluatoris est. Quid multa?  
Non Moses sed Iesus naue intro-  
duxit populum domini in terrā illā  
tandiu desideratam, lacte & melle  
manantem. Iud. ille eam diuisit cū  
cis tribubus, vt exacte beatus Hiero-  
nymus ad Paulinum scribens recitat. Hier.  
set. Veniam ad Iesum naue, inquit ad Pau-  
qui typus domini fuit, non solum ge-  
stis sed etiam nomine. Transit Iordanem,  
hostium regna subuertit, diuisit  
sit terrā victori populo, & per singu-  
las vrbes, viculos, montes, flumina  
torrentes, atq; confinia, ecclesia cae-  
lestis Hierusalem spiritualia regna  
describit. Epistola ad Paulinum. Rom.  
mo. 3. vos alius rem expendite, chari-  
rissimi si tam eximie virtutis fuit nom-  
men illud in seruo, quanto maioris  
energie erit in vero domino? Nempe  
vt in canticis spōsa clamat. Oletū  
effusum est, nomē salutiferum Iesu  
Secundò auimaduertendum, quod  
aui-

Acto. 4  
Iosuc. 3.

Hier.  
ad Pau.

Canti. 7.



audissimus sit nostræ salutis, & com-  
 modi rex noster Christus. Ipse planè  
 ignauiam & torporem nostrum ta-  
 xat, & ad petendum maximò pere-  
 citat. Petite & accipietis ait. Perin-  
 de dicat, hætenus cessastis, vel nunc  
 petite, adhuc manus mea aperta est.  
 O nos desides & somnolentos, qui  
 cum nimia egestate laboremus spiri-  
 tales diuitias, & virtutum gemmas  
 postulare à Deo contemnimus. Po-  
 stulemus iam fratres in fide nihil hæ-  
 sitantes, quã primum surgamus pi-  
 gritiam pristinam deponentes, ecce  
 magnificus rex noster suppeditare  
 vult nobis diuitias suas, modo fide &  
 charitate, atque spe roborati acceda-  
 mus. Petentis negligentia reprehen-  
 ditur, vbi de dantis largitate non du-  
 bitatur. Ceu pulchre testatur diuus  
 Augustinus.

Tertiò consideratione dignum est  
 quàm toto cælo errent qui frustra-  
 neam fore dixerunt orationem, eo  
 quod per eam non flectatur Deus ad  
 quem

quæ oramus; iuxta illud. Porro triu-  
 phator in Israel non parcat, nec pe-  
 nitudine flectetur. Adhæc, liberalius  
 est dare non petenti quàm petenti;  
 nam autore Seneca, nihil carius emi-  
 tur, quàm quod precibus. Sed Deus  
 est liberalissimus, ergo sine oratione  
 dabit, quod precantibus impartitur.  
 Quandoquidem fratres orationis vti-  
 litas magna est, adeo vt sanctus Dio-  
 nysius dicat. Ante omnia ab oratio-  
 ne incipere satis vtile est. Li. de diui-  
 nomi. c. 4. Cæterum obseruandum,  
 quod ex diuina prouidentia, nõ mo-  
 do disponitur, qui effectus fiant, sed  
 etiam ex quibus causis, & quo ordi-  
 ne proueniant. Inter alias autem cau-  
 sas sunt etiam quorundã cause actus  
 humani. Vnde oportet homines age-  
 re aliqua, non vtiq; vt per suos actus  
 diuinam dispositionem immutent,  
 sed vt per actus suos impleant quos-  
 dam effectus, secundum ordinem à  
 Deo dispositum. Et idem est in natu-  
 ralibus causis. Itaque non ob id orat-

S. Dion.

S. Tho.  
22. q. 83.

mus

mus. vt diuinam dispositionem immutemus, sed vt id impetrem<sup>9</sup>, quod Deus disposuit per orationem esse implendum. Sicque homines orando meretur accipere, quod eis Deus optimus ante secula instituit impendere. Quas obres inuitat fideles ad orandum dicens. Penite & accipietis S. Grego. li. dialo. & S. Tho. 22. q. 83 artic. 2.

4. **Quarto** adnotandum, quod etsi Socrates sapiens absque Christo, nihil ultra petendum à Deo immortalis docuerit, quam vt bona tribuat, eo quod ipse sciat quid expediat unicuique, veruntamen sunt multa quæ absolute petenda sunt quibus male vti non possumus. Verum fides, & spes, & charitas, aliæque virtutes quibus beatitudinem meremur absolute postulanda sunt. Vnde orabat regalis propheta. Deduc me in via mandatorum tuorum. Et iterum. Ostende nobis faciem tuam & salui erimus. **At contra**, diuitie quæ multis exicio fuere,

Valerius  
li. 7. c. 2.

Psal.

fuere, honores quam plures pessum dederunt. Regna splendida, cōiugia, quæ, nonnūquam funditus domos euerterunt, & alia id genus Deo comitenda sunt, nam eis male vel bene possumus vti. Vnde Paulus quid oremus sicut oportet nescimus. Rom. 8 de ijs fusius. S. Thomas. 22. quæ. 83. arti. 5.

5. **Quinto** tandem maximè obseruandum, quanti saluator faciat suos fideles, quibus quotidie ait, ne in calamitatibus succumbāt. Pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis, quia à Deo exiui. O verbum omnimellita dulcedine plenū. O inenarrabilem summi numinis erga nos charitatem. **Quis** posthac mille aduersitatibus vallatus, etiam mortis doloribus confectus despondeat animum? Si ambulauero in medio umbræ mortis, si insurgant aduersum me castra Iesubone, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Te toto corde amo, in te credo, tibi fido, proflint  
O procliu-

procliuiter oro mihi, quæ mihi donasti, qui totum te mihi donasti. Totis medullis cordis amem te, vt à patre cælesti diligar propter te.

*IN LETANIIS, SIVE ROGATIONIBUS, declamatio sexta.*



**V**AM sit magni momenti orationis instantia fratres charissimi, saluator noster cunctis orthodoxis palam

fecit dicens. Oportet semper orare

Luc. 8. & nūquam deficere. Sane qui in castro inimicorum cuneis vallatus est, excubias agat oportet, diu noctuque

Collatio inuigilet necessum est, ne forte somno deditus ab inimicis infestatus pereat. Ad eandem imaginem, nos fideles, quos tum diabolus, tum fallax mundus, tum denique subdola caro lacerare & deuorare vehementer moliuntur,

moliuntur, orare, ac vigilare maxime decet. Est plane vita nostra suapte natura militia quædam, teste Iob. 7. vel vt septuaginta dixerunt. Tentatio est vita nostra super terram. Quamobrem oportet semper orare, & nūquam deficere. Cui sententia alludit illud Apostoli. Sine intermissione orate. Et iterum beatus Petrus clamat. Sobrius estote & vigilate curita? Quia aduersarius vester diabolus, tãquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. Probe sobrietati & ieiunio vigilantiam orationis addidit, eo quod ieiunium magnopere mentem in Deum eleuat, crapula & ebrietas deorsum trahentes animam deprimunt. Hinc Hieronymus Damasio pulchre asserit, instantiam orationis à Domino exaudiri, vt in publicano suppliciter orate, in niuiis, & homine media nocte ad ostium pulsante & ab amico tres panes petente, necnon in muliere illa preci-

1. The. 5.

1. Per. 5.

S. Hier. Damia

bus iudicem improbum adoriente. Ad hanc orationis perseuerantiam, saluator noster allicere nos maximo pere cupiens, parabolam de homine quodam posuit in lectione euange. Iij, quippe qui, media nocte adiit amicum, quem iterum, atque iterum præcatus est, donec tres panes illi cōmodarit. Nos iam Christo Iesu adiuuante ante sacrum euangelium explicare enitamur, quod plane tum plurimis misterijs, tum etiam frugiferis documentis scætat.

euāgeliū Ait Iesus ad discipulos. Quis vestrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicit illi. Amice, cōmoda mihi tres panes, quoniā amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum.

Nota

Mira res quam cupiat dominus indigentiam nostram subleuare, verū post Ade lapsum multis indigemus, tam pro corporali vita, quam spiritali, quæ longe melior est. sustentanda. Quam ob causam nullum non mouet

mouet lapidem rex noster & dominus Christus, vt in oratione persisteres, misericordiam eius imploremus. Huc tendit parabola hæc de homine petente tres panes, quos tandem ab amico suo suscepit, propter suam improbitatem. Vbi pusillanimitatē precantium magnopere damnat, & patientiam in orando vehementer commendat. Quis obsecro amicus noster est nisi Deus: qui sic dilexit mundum vt filium suum vnigenitū daret, vt omnis qui credit in illum nō pereat, sed habeat vitam æternā? Ecce quantopere nos amat, quia vnigenā filium suum vnice dilectū nobis dedit, non angelum, non prophetam, sed angelorum dominum, & prophetarum regem. Atqui pater cælestis videns inopiam nostram, non vendidit, aut commodauit, sed magnificè vnigenitum suum nobis dedit, vt credentes in eum vitam adipiscamur æternam. Quin & proprio filio non pepercit, sed pro nobis o-

Ioan. 3.

Rom. 8.

mnibus tradidit illum . O summi  
 Dei largitatem, ô mirabilem munifi-  
 centiam, filio dilecto non pepercit  
 vt feruis male meritis parceret. Hinc  
 optime arguit apostolus & ait. Quo-  
 modo non etiam cum illo omnia  
 donauit? Nempe cælestis pater qui  
 quod maius, & pretiosius est, vltro  
 nobis dedit, quod minus est nobis  
 petentibus non denegabit . Habe-  
 mus amicum fidelem, qui vt testatur  
 sapiens in tribulatione permanebit  
 nobiscum, non vt est mundus ami-  
 cus mense, qui calamitate urgente,  
 terga vertit, & amatores suos deserit  
 surgamus & media nocte fidenter il-  
 lum adeamus . Sic sanctus David  
 media nocte surgebat ad confitendi  
 nomini Dei. Imo septies in die lau-  
 dem domino decantabat, quamuis  
 totius regni curam gerebat. Signan-  
 ter ait saluator, ibit ad illum media  
 nocte quo verbo perseverantiam in  
 oratione subindicat. Itaque nõ mo-  
 do die, sed noctu orandum est. Imo

Eccle 6.

Psal. 118

Psal. 41.

in

in die mandauit misericordiam suã,  
 & nocte canticum eius . Hoc est, in  
 die vel maxime opera misericordiæ  
 erga proximos exerceamus oportet,  
 in nocte verò, orationi & præcatio-  
 ni instandum est. Præterea, quod me  
 die noctis meminerit, eatenus factū  
 est, vt sciamus quod nõquam dormi-  
 tabit neque dormiet, qui custodit  
 Israel. Is nempe qui semper vigilat  
 Christus Iesus, coronam & brauium  
 gloriæ promittit, non planè dormiē-  
 tibus, sed vigilantibus.

Nota

Text.

Commoda mihi tres panes. Siqui  
 dem ab vno Deo, & trino, panes tres  
 petendi sunt. Fide, spe, & charitate,  
 ceu tribus panibus anima nostra nu-  
 tritur, mirum in modum roboratur,  
 & saginatur. vultis videre quod fides  
 facta panis cælicus sit? Saluatoris no-  
 stri mirifica verba attētius audite.  
 Qui venerit ad me nõ esuriet, & qui  
 credit in me non sitiet in æternum.  
 Equidē venire ad Christū in ipsum  
 credere est, diuo Augustino dicente.

Ioan. 6.

Ioan. 6. Si venis credis, si non venis ad Christum non credis. Huc attinet illud. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. En videtis fidem sacrā charitate formatam, non modo pabulum, sed animæ poculum esse. Nā esuriem simul, & sitim aufert, vt dominus nunc asseruit. Fides ait. apostolus donum Dei est. Ratio, quia fides quæ per dilectionem operatur, satiat mentem nostram, & eam sitire amplius non sinit. Annotatu hoc dignum est, sanè obiectum fidei, prima cum veritas sit, ideo nihil tenebrosum, nihilque erroneum in anima relinquit. Hinc sanctus Dionysius Libr. de diuinis nomi. c. 7. Fides est circa simplicem veritatem, & semper existentem. Itaque nihil cadit sub fide, nisi in ordine ad Deum, sicut obiectum medicine est sanitas, eo quod nihil medicina considerat, nisi in ordine ad sanitatem. S. Tho. 22. q. 1. arti 1. Quid autem de pane spei dicam fratres? Quoniam in me spera-

Collatio

sperauit liberabo eum, ait dominus, eripiam eum, & glorificabo eum. singula nissallor magnā habent empha sin, non autem vacat omnia profequi. Sat sit, illud Pauli ob oculos semper habere. Spe salui facti estis. Et iterum. Spe gaudentes, domino seruiētes. En spes ingēti gaudio afficit animam, & ideo in damnatis esse non potest, quippe qui in lucta semper versantur. Vnde in Esaia legimus. Rom. 18. Serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis pre dolore cordis. Nec in beatis spes inuenitur, nam quod sperabant iam possident. Fides nāque & spes, inibi euacuabuntur, iuxta apostoli oraculū. Esa. 66. Est tantummodo spes in viatoribus, siue in hac vita, siue in purgatorio sint, vtrobique apprehendunt bonū vt futurum possibile. S. Thom. 22. q. 18. ar. 3. Hanc obsecro charissimi habeatis oportet, tāquam anchoram animæ tutam & firmam. Boelix orthodoxus qui diu noctūque cū Da-

Rom. 18

Esa. 66.

S. Th. 22

q. 18.

nide clamat. In te domine sperari non confundar in æternū. Is in morte aut in extremo iudicio haud pudefiet, sed exultabit lætitia inenarrabili cum angelis.

Est & tertius panis ipsa charitas, quippe quæ fide & spe, longe precelentior est, imo aliarum virtutū decus, & vita est. Fides, spes, charitas, ait apostolus, maior horum est charitas. Perspicuum est quod per charitatem ordinantur actus aliarum virtutum, in finem suum vltimum, & secundum hoc iure appellatur forma illarum. S. Thom. 2.2. q. 24. ar. 8. mira res, tā est eximia & mirabilis charitas, vt ipse Deus charitas vocetur. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hæc dilectus Iesu scripsit, quo excellentiam tante virtutis contemplemur, eamque capeffere toto nisu conemur. Quid multis immoror? Charitas patiens est, benigna est, nō emulatur, non agit perperam, non est ambicio.

biciosa. Ecce quasi fons omnium virtutum charitas est, in qua patientia martyrum, benignitas confessorum puritas virginum sita sunt. Equidē Gen. 49  
Affer panis ille pinguis, prebēs delicias regibus charitas ipsa est. Et hæc diffusa est, in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Verum quia hisce tribus panibus indigemus, amicum nostrum votis omnibus oremus vt surgat, & nobis illos impertiat. Confestimque Deus optimus, vtpote beneficentissimus patens, sponte dabit illos.

Quæstio.  
Cæterum quis amicus veniens de via est, tam vorax, vt tot panes tres edat? Nonne cuiquam homini fame scenti satis esset panis vnus? Nempe spiritus noster abhorrens & discedēs à mala consuetudine ceu amicus de via veniens dicitur ante quem nil habemus quod ponamus, nisi è cælo panes hosce accipiamus Sic sanctus Augustinus locum hunc exponit, de quæstio. euangelij. Media autem

nox tentationis tempus indicat, quã do calamitate infestante itur ad Deũ iuxta illud. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Theophilatus verò, mediam noctem vocat finem vitæ, in quo multi ad Deũ veniunt. Amicus est angelus qui animam deffert ad Deum. Alij amicum venientem Deum ipsum dicunt, qui nos probat in tentatione, cui nõ habet quod apponat, qui in tentatione infirmatur. Quo pertinet illud . Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.

Theop.

Nota

Text.

Quod enim ait, si perseuerauerit pulsans, si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit , propter improbitatem tamen eius surgens, dabit illi , quotquot habet necessarios , instantiam orationis significat . Non sanè prefigamus Deo tempus, vt nostras preces exaudiat . Alioqui vt ciuitatis Bethulie ciues animaduersione, & reprehẽsio

ne

ne digni erimus. Illi stultam pactio nem fecerunt , vt si non Deus infra quinque Dies ciuitatem è manu tyranni Holofernis liberaret. hostibus ipsam traderent. At mulier sancta Iudith hoc audiens, vehementer indignans ait. Qui estis vos , qui tentatis Deum? Non est sermo iste qui misericordiam prouocet , sed potius qui excitet iram, & furorem accendat.

Iudith. 8.

Posuistis vos terminum miserationis domini, Hoc est, perinde fecistis quasi sapientiores Deo sitis, & diem ei prescribatis quem ipse nesciat. Et subnectit. Quia patiens est dominus in hoc ipso poeniteamus, & indulgẽriam eius lachrymis postulemus. Nõ enim quasi homo Deus comminabitur . Arqui, quam placuerit Deo insignis hæc fiducia, sequens victoria de hoste superbo monstrauit . Eodẽ expectat, quod dominus dixit apostolis. Oportet semper orare , & nõquã deficere. En quomodo oratio diu-

Lucæ.

turna



turna sit oportet. Nec officit quicquā, quod alibi saluator admonuit: Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Non quidem est orare in multiloquio, si diutius oretur, aliud est, sermo multus, aliud verò diuturnus affectus. Ut probe, diuus Augustinus scripsit, ad probā. Imo de ipso domino scriptum est, quod pernoctabat in oratione. Et rursus passione imminente prolixius orabat, ut nobis preberet exemplū. Putabāt planè homines illi, quod in multiloquio exaudirentur, cum hoc negocium plus affectibus, & gemitibus agatur, quàm sermonibus. Semper orare est, omnia quęcunque agimus in gloriam Dei referre. Vnde apostolus clamat. Siue comedatis, siue bibatis, siue aliquid aliud faciatis, omnia in gloriam Dei facite, & hoc est semper orare virtute, & si nō actu. Vnde exacte dixit beatus Augustinus ad probam. In ipsa fide, & charitate continuato desiderio semper oramus.

Mar. 6.

S. Aug.

1. Co. 10

mus. Veruntamen, ipsa oratio secundum se considerata, non potest esse assidua, quoniam oportet alijs operibus occupari. S. Thom. 22. q. 83. ar. 4. Quid quod monachi in Egipto crebras habebant orationes, sed eas tamen breuissimas, & raptim quodāmodo iaculatorias, ne illa vigilanter erecta, quę oranti plurimum necessaria est intentio, per productiones moras euanescat, atque habeatur. S. A. Hęc diuus Augustinus ad probā. Vnde liquido intelligamus, quod sicut animę intentio in oratione nō est obruenda, sic ubi perdurauerit, nō est cito rumpenda. Et sicut hoc maxime est attendendum in oratione singulari per comparisonem ad intentionem orantis, ita in oratione cōmuni per comparisonem ad populi deuotionem. Sequitur in euāgelio.

Et ego dico vobis, quærite & inuenietis. Pulsate, & aperietur vobis. Omnis qui petit accipit, & qui quær- rit

Text.

rit inuenit, & pulsanti aperietur.

Crassa illa similitudine, Dei sapientia crassos animos nostros, in sui traxit fidutiam. Si enim homo hominem amicum habere potest, ad quæ necessitatis tempore confugiat, quâto securius potest ad Deum impermixte amicitie, in quauis necessitate confugere? Planè ipse diligit omnia & nihil odit eorum quæ fecit. **Quin** per Hieremiam ait. In perpetua charitate dilexi te. Ideo attraxi te miserans tui. **Quin** & iam per sanguinem filij sui nos pater cælestis, nedum vt amicos, sed tanquam filios diligit. Potestatem dedit ei filios Dei fieri, ijs qui credût in nomine eius. **Quin** etiam Christus ad apostolos dixit. Eilioli adhuc modicum vobiscû sum. **En** quanta fidutia relinquitur nobis vt in omni aduersitate secuta mente accedamus ad Deum. Eodem attrinet quod eandem rem triplici vocabulo significauit. Petite, quærite, pulsate, ad instantissimam orationem referuntur

**Nota**

**Sapië. 10**

**Hier. 31.**

**Ioan. 1**

feruntur, nam hæc tria fere idem indicant, diuo Augustino teste. **Quæri** Esa. 55. te fratres dominum, sed dum inueniri potest. Inuocate eum dum prope est. Vita comite pænitentiam agite, quia quâdiu viuimus adeo prope est, vt ad ianuam cordis stet & pulset, vt in Apocalipsi legimus. Imo pulsate & clamate. **Aperi** mihi soror mea columba mea, formosa mea. Canti. 5. Noli timere quia fratres sumus ait Christus hæreditatem cælicam tecum diuidere volo. Modo vt columba piacula tua ingemiscas, & tua delicta confitearis absolutionem salutarem à sacerdote accipiens. Pulsate & aperietur vobis. Si tamen non, vt stulte virgines clauso ostio veniatis, quippe quæ nihil aliud secum rulerunt, quâ verbum desperationis plenum. **Nescio** vos. Nempe extra chorum saltabant, ideo remanserunt cum coruo super cadauera, nec ramum oliue instar columbe portabant. Gene. 8. Alioqui **Noe** iustus manum extenderet, & co

Iumbam suam nō sperneret vnquā.  
 Petite ergo assidue orantes, quarite  
 desiderio flagrante, ybique ad Deū  
 corda vestra eleuantes. Pulsate mani-  
 bus vestris mandata Dei adimplen-  
 tes, & quotidie pietatis opera patrā-  
 tes. O bis ter, quaterq; beatum, qui  
 pessum dare mundi gloriam, & om-  
 nem quāstum pro sua virili studet  
 cum Citharedo clamans. Eleuatio  
 manuum mearum sacrificiū vesper-  
 tinū. Et rursus. Leuauī manus meas,  
 ad mandata tua, quę dilexi nimis.  
 Quod autem sequitur maiorē in mo-  
 dum confidentiam auget.

Pfal.

Text.

Omnis qui petit accipit et qui que-  
 rit inuenit & pulsanti aperietur.

Mira res, & vehementer miranda,  
 quam seriose de hac re agat Christus  
 Satis erat dixisse, petite & accipietis,  
 querite inuenietis, pulsate & aperie-  
 tur vobis, ne quis in petendo defice-  
 rer, aut quouis modo desperaret. Ni-  
 hilo secius figmentum nostrum, &  
 ignauiam in orando agnoscens iterū

Nota.

eadē

eadem verba repetit. Omnis qui pe-  
 tit accipit, modo, vt in declamatio-  
 ne præterita latius vidimus, pro le-  
 petat, necessaria ad salutē, pie, & per-  
 seueranter. Alioqui si impia sit vita  
 orantis, audiet illud Esaie. Cum mul-  
 tiplicaueritis orationem, non exau-  
 diam. Querita? Manus enim vestrę  
 plenę sunt sanguine. Id est, omni-  
 nis peccatis sunt opplete. Et iterum.  
 Iniquitates vestrę diuiserūt inter vos  
 & Deum vestrum, & peccata vestra  
 absconderunt faciem eius a vobis, ne  
 exaudiret. Astipulatur huic senten-  
 tię Solomon. Longe est dominus ab  
 impiis, & orationes iustorum exau-  
 diet. Et iterum. Qui declinat aurem  
 ne audiat legem, oratio eius erit ex-  
 crabilis. Roget quis, vas electionis  
 Paulus iustus erat, qui que ter orauit  
 dominum, vt infestatio illa Sathana-  
 eum colaphizantis discederet. nō ta-  
 mē obtinuit quod postularat. Enim  
 verò ita est, & nunc amicis Dei sic  
 euenit aliquando. Ratio, quia sic ex-

Esa. 1.

Esa 59

Prou. 5.

Prou. 12.

1. Cor. 12

pedit eis, idque ipse non tacuit statim dicens. Ne magnitudo reuelationis extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee, angelus Sathane, qui me colaphizet. Vbi notandum quod aliquid longe melius Deus illi dedit, quam ipse exposulabat. Sufficit tibi, ait dominus, gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Sanè summi numinis virtus, ad certandum in agone tentationis, excellentior est, quam ipsius certaminis ablatio. Si quis ergo sui voti compos in oratione, aliquando non fuerit, intelligat non Paulo apostolo meliorem fore, & grates Deo agat, certo certus sciens, animæ suæ saluti sic expedire. Absit fratres vt Christus nobis det iratus, quod negaret placatus. Sic Hebræis contigit in deserto, vbi temere Deum prouocauerunt carnibus victitare cupientes. Stupenda res. Ad huc esce erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super illos. Ecce velut stomachatus Deus optimus, quod

Hebræi

Hebræi petebant largitus est, & subinde ignis de cælo descendit, & eos peremit.

Cæterum, petere est aliquid siue corporale siue spirituale, à domino postulare. Sic David orabat. Vnam petij hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ mee, quærere autem vehementiorè in petendo exprimit conatum. Etenim qui quærit rem aliquam, nullum non mouet lapidem, vt quod quærit inueniat. Surgam & circuibo ciuitatem, aiebat sponsa, quærens quem diligit anima mea. Ecce qui Deum quærit ex animo, non fatigatur, sed modis omnibus Dei summi misericordiam compellat, totumque sui cordis conatum desectit. Nunc laudat iustitiam omnipotentis Dei, nunc misericordiam exultat, nunc gratias agit immortales, pro sibi impensis beneficijs, nunc vberrime Defflet admissa, nunc se ipsum castigat, nunc egenis aliquid erogat, nunc tandem ad ec-

Canti. 3.

Nota

Pfal.

clesias confugit, vt cum publicano  
 pectus suum tundens dicat Deus tu  
 propitius esto mihi peccatori. Huic  
 & similibus pollicetur dominus per  
 prophetam dicens. **Quæretis me,** &  
 inuenietis, quum quæteritis me in  
 roto corde vestro, inueniar à vobis.  
 Pulsare autem adhuc maiorē in pe-  
 tendo indicat ardorem. Er ob id sal-  
 uator subdidit, pulsanti aperietur.

Hier. 29

Contendamus igitur per angustam  
 portam intrare, quemadmodum do-  
 minus exortatur fideles omneis. Ne  
 quando vocem illam tremendam  
 audiamus pulsantes. Nescio vos  
 vnde sitis, discedite à me operarij ini-  
 quitatis. **Quis non expauescat** & ro-  
 to corde contremiscat? Vocem hanc  
 audient in iudicio, qui in nomine  
 Christi Iesu prophetarunt, & dæmo-  
 nia eiecerunt & quam multa mira-  
 bilia in hac vita patrarunt. Mirabile  
 dictu adhuc suadere molitur salua-  
 tor, vt magis ac magis, de eius largita-  
 te & munificentia fidamus.

Luce. 13

Matt. 7.

Quis

**Quis ex vobis patrem petit panem** **Text.**  
 nūquid lapidem dabit illi? Aut piscē  
 nūquid, pro pisce serpentem dabit il-  
 li? Aut si petierit ouum, nūquid por-  
 riger illi scorpionem?

Ecce posita similitudine adiunxit  
 exhortationem, & omnino stimula-  
 uit nos, querere, petere, pulsare, do-  
 nec accipiamus quod petimus. Ideo  
 subinde aliud exemplum de filio pe-  
 tente panem à patre subnectit. San-  
 ctus Augustinus pulchre in quæsti. S. Aug.  
 euangelij ait. Sicuti sine pane frustra  
 alia cibaria, in mensa collocantur,  
 ita charitas animæ panis suavis est,  
 sine qua opera nostra Deo non pla-  
 cent, Apostolo dicente. Si distribu-  
 ero omnes facultates meas in cibos  
 pauperū, et si tradidero corpus meū,  
 ita vt ardeam, charitatem nō habue-  
 ro nihil mihi prodest. Huic virtuti  
 mirabili contraria est cordis duritia,  
 quam lapidi Christus comparauit.  
 & quia demon vesanus, suis hāc præ-  
 bet, vt alter Pharao lapideum cor ha-

1. Co. 13

beant, eam ob rem lapides Sathan Christo in deserto obrulit, vt ex illis manducaret. Fides autem per piscē notatur, quippe que, arcana Dei penetrat, & in aquis baptismi generatur. Et quemadmodū pisces in aquarum profundo habitant, sic fides substantia sperandarum rerum est, argumentum non apparentium. Ecce fides sancta de inuisibilibus locis capitur. Quid quod fides nostra mūdi huius fluctibus circumiacata, nequam frāgitur, vnde rectē pisces assimilatur. In omnibus accipiētes scutum fidei, ait Apostolus, in quo positis omnia tela ignea nequissimi extinguere. Signanter ait tela ignea, eo quod non modo feriunt scuto fidei non communitos, sed exurunt. Fidei autem contrarium posuit serpentem ob venena fallacie, quæ etiā primo parenti perperam suadendo prę seminavit. Atqui, in ouo iure optimo spes adumbratur. Ouum profecto, non est fetus perfectus, sed fouendo

do speratur. Sic spes bonis operibus & candidis desiderijs fouēda est, iuxta illud. Spera in Deo & fac bonitatem. Et hæc virtus theologica, a fide & charitate distinguitur. Caritas quidem, facit hominem inhaerere propter seipsum, mentē vnienē Deo per affectum amoris. Spes autem & fides faciunt hominē inherere Deo sicut curidam principio, ex quo aliqua nobis bona proueniūt, vt cognitio veritatis & adeptio perfecte bonitatis. Per fidem credimus ea quæ nobis à Deo dicuntur, per spē diuino auxiliō nitimur, ad beatitudinē obtinendam. Vnde sanctus Gregorius li. 1. mora. Tres filias iusti Iob, tres haſce virtutes theologales esse asserit. S. Tho. 22. q. 17. arti. 6. ouo contrarium posuit scorpionem cuius aculeus venenatus retro timendus est, si cut contrarium spei est retro aspiceret. Qui mittit suam manum ad aratrum, & respicit retro, aptus non est regno Dei. Quin spes eorum quæ re

Psal. 36.

S. Greg. li. 1. mo.

Luc. 9.

tro sunt obliuiscens, ad ea quæ ante-  
riora sunt, & æterna se extēdit, iuxta  
Pauli sententiam. Exclamat iam bea-  
tus Augustinus. O munde immunde  
quid strepis? Quid auertere conaris?  
Tenere vis transiens, quid faceres si  
maneres? Quem non deciperes dul-  
cis, si amarus alimenta mentiris. Se-  
quitur nūc ratio, satis efficax ne quis  
desperare queat in oratione.

Text.

Si ergo vos cum sitis mali, nostris  
bona data dare filijs vestris, quanto  
magis pater cælestis, de celo dabit spi-  
ritum bonum petentibus se,

Gen. 19.

Ne mūdus fallax post dorsum mul-  
ta strepens, quo retro respiciamus,  
vii de vxore Loht infeliciter pereun-  
te legimus, spem nostram in Deo si-  
tam adimere valeat, mirabili argu-  
mento saluator euangelio finem im-  
posuit. Quis obsecro, adeo demens,  
qui posthac fiducialiter ad orādū, &  
misericordiam Dei postulandam nō  
accedat? Si vos cum sitis mali bona  
dare consueuistis filijs vestris. Verū  
omnes

omnes in Adam peccauerūt & egēt  
gloria Dei. Et sensus & cogitatio hu-  
mani cordis prona sunt ad malū ab  
adolescētia sua. Imō in angelis suis.  
Deus optimus reperit prauitatem,  
quanto magis in ijs qui habitant do-  
mos luteas, & terrenum habent fun-  
damentum? Si vos ergo cum pecca-  
tores sitis, affectu paterno ducti bo-  
na cupitis posteris vestris, quāto ma-  
gis Deus vester qui solus suapte natu-  
ra bonus est, qui hominem condidit  
& imagine sua insigniuit solabitur,  
& fideliter sibi perenti bona tribuet?  
Sed quæ nam comparatio lucis ad te-  
nebras, boni ad malum? Patris carna-  
lis, ad conditorem hominis & patrē  
spiritalem? Si mater oblita fuerit in-  
fantē vteri sui, ego tamē tui nō obli-  
uiscar, ait beneficentissimus Deus.  
Ecce in manibus meis descripsi te,  
En plusquam maternum affectum  
erga nos exprimit. Nēpe verba hæc  
melliflua, pectori nostro sunt figēda  
& vbiq; locorum visceribus ver-  
sanda.

Gene. 6.

Iob. 4.

Nota

Esa. 49.

sanda. In manibus Christi Iesu scripti sumus, & clavis ferreis exarati, ita ut ad dexteram patris sedēs, clamet.

Zachar. His plagatus sum in domo eorū qui diligebant me. Quid plura? Nedum in manibus Christi Iesu conscripti sumus, sed quod plus ponderis habet, lancea in corde suo, nos inscribere voluit, quo nulla obliuione memoria nostra deleri queat? O nos beatos si in manibus nostris Christum Iesum insculptum gestamus. Si in quibusuis operibus gloriam illius venari studeamus. Nec in manibus tantum, sed in visceribus nostris gratias inexhaustas, ei impendentes, illius memoriam feramus. Cæterum ne ignorantibus minus bene petamus precantes, iam quid potissimè petendum sit ostendit, & quid etiam eum dare delectet. Equidem sine bono spiritu nil est quicquid vel peti vel dari possit. Qui autem spiritum bonum habet, omnia possidet, qui verò hunc non habet, si orbem vniuersum

Nora

sum habeat, nihil habet. Hinc scaturit fratres, ut parum Deo rem gratam faciat, qui sic alia petit, ut de bono spiritu adipiscendo curam non habeat. De quo propheta dicebat. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum. Ecce viarum bonarum dux, & rector, spiritus sanctus est, sicut contra spiritus nequam Sathanas qui male vexabat regem superbum Saulem, & Cananee filiam, in præcipitia ducit homines, ne caelestem gloriam assequi valeant. Cuius vox pessima ea est. Mittere te deorsum. Nempe qui caput tentare hauderubuit, nos qui membra Christi sumus infestare non timebit. Spiritum bonum dilectissimi toto corde, votisque ardentissimis exoptulemus, nam qui spiritu Dei aguntur, filij Dei sunt. Quid quod tam est bonus spiritus Dei, ut eiectionis maligni spiritus armamentis, Dei voluntatem in homine mirabiliter operetur. Hinc scriptum est. O quam bonus,

Pf. 141.

Matt. 4.

Rom. 8.

Sap 12.

& sua-



& suavis est spiritus tuus in omnibus. Equidem bonus est, quia bonos efficit homines, quos inhabitat. Is Paulum ecclesie persecutorem sanctificauit, & apostolū constituit. Ipse ex Matthæo publicano euangelistā egregium, in sancta Ecclesia collocauit. Denique qui hunc spiritum bonum non habet, non est Christi Iesu discipulus. Sub hæc suavis est, quoniam Deum & omnia quæ Dei sunt nos gustare facit, & quæ mundi sunt felle amariora reddit. Quorsum fratres mei, sancti viri. opes omnes, honores futiles, oblectamenta carnis horrent, nisi quia dulcedine spiritus sancti alleciti, queque terrena sunt ut stercorea arbitrantur? Gustato spiritu desipit omnis caro, clamat diuus Gregorius. Quid multis immoror? Flagra, scalentes carceres, sarragines succensas, vincula, & mortem, quamlibet atrocem, Spiritus sanctus fauor suauiora efficere solet. Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super

Rom. 8.

S. Greg.

Eccl. 34

per

per mel & fauim. Hunc spiritum bonum ante omnia postulantes patre caelestem precemur, hunc toto corde imploremus. Cuius mellita dulcedine attracti, que mundana sunt aspernantes Christum Iesum sequamur, & augustissime eum venerantes totis visceribus diligamus. Cui sit gloria & imperium, cum patre & Spiritu sancto. Amen.

*ANNOTATIONES  
appendices.*

**P**R I M O adnotare lubet, quam sit nobis opus fiducia in oratione. Sane hæc tendit exemplum de amico petente media nocte tres panes, quippe qui si perseuerauerit pulsans recipiet plusquam postulabat. Quandoquidem homo ille mutuo tantum panes illos petebat. Veruntamen ob improbitatem, dono accepit quot habuit necessarios. Vbi aduertendū quod quāuis oratio sit cieuatio mē-

Anno. i.

tis

S. Dam. tis in Deū, Damasceno teste; trifaria est ratio, quæ nos ad orationem vocalem mittit. Primo vt verbis nos ipsos ad orationem mentalem excitemus. Vnde diuus Augustinus, ad Probam ait. Verbis & alijs signis, ad augendum desiderium sanctum actius excitamur. Sic ppheta ait. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me. Qui verò tam spiritalis est, vt verbis in orando non indigeat, modo in oratione singulari fiat, corde loquatur tantum. Vnde legimus de Anna Samuelis matrè. Anna loquebatur in corde suo. 1. Reg. 1. secundo oratione vocali utimur, vt totus homo mēte & corpore seruiat Deo. Osee. vi. Hinc Oseas inquit. ca. vlti. omnem aufer iniquitatē, & suscipe bonum, & reddemus virulos labiorū nostrorum. Tertio adiungitur vocalis oratio, ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehemēti affectione. Iuxta illud psalmi. Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea.

S. Th.

S. Thom. 22. q. 83. arti. 10. oratio autem quæ per ministros ecclesiæ fit, semper vocalis fit necessum est. San. Tho. ibidem.

Secundò aduertendum quod oratio tam est opus egregium, vt nostro opte ingenio illud efficere non possumus. Vnde rectè apostoli dixerunt. *Lucæ, 11* Domine doce nos orare. Et rursus paulus ait. Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desiderat spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis. Roma. 8. Verum nisi multa duabus ijs declamationibus de oratione dicta essent, luberet hoc diui pauli dogma ad vnguem explicare, obiter saltim domino suffragante, dictū Apostoli exponā. Ignoramus quid orare debeamus, nam post Ade peccatum comparati sumus iumentis insipientibus, & illis similes facti, nisi cælica luce illuminati, adeo ru-

des effecti sumus, vt quid petamus si  
 cut decet ignoremus. Vnde nos cla-  
 mare oportet cum Dauide. Domi-  
 ne ad te confugi doce me facere vo-  
 luntatem tuam, quia Deus meus es  
 tu. Scit ipse quid sit nobis salutiferū  
 quando & quid dare debeat. Scit in-  
 quam, quando diuidat mare, vt sicco  
 pede trāseat populus Pharaone sub-  
 merso scit in manu foemine libera-  
 re ciuitatē Bethulie Holoferne ve-  
 sano trucidato. Nec non & tres pue-  
 ros inter flammās ignis eripere, &  
 sua potenti virtute illesos seruare.

*Psal. 142*

*Esa. 15*

*Iudi. 13*

Quod verò Spiritus sanctus postu-  
 let gemitibus inerrabilibus pro no-  
 bis, perinde est ac si dicat. Postulare  
 nos facit ingemiscētes scelera no-  
 stra, quæ antea temere patrauimus.  
 Gemitus nāque contriti cordis est si-  
 gnum. Fieri nō potest, vt spiritus san-  
 ctus in nobis postulet bona, quin si-  
 mul mala gemat. Sic filius prodigus  
 sese accusauit, & euestigio patris mi-  
 sericordiam implorauit, quā obti-  
 nuit

nuit. Iustus in principio acusator est  
 sui. Verum oratio humiliantis se ex  
 los penetrat, & donec a propinquet  
 non consolabitur. Qui ergo ingemi  
 scens orat, sciat ex spiritu orare, qui  
 secus petulans est, cui resistit Deus,  
 humili verò dat gratiam. Adhæc ge-  
 mitibus orare nos facit Spiritus san-  
 ctus, qui enarrari nō possunt, quo-  
 niam perseuerantiam in oratione  
 ipse suppeditat. Sine intermissione  
 orate ait apostolus alibi. Denique  
 postulat secū Deum pro sanctis. Id est  
 quæ secundum Deum sunt, & quæ  
 Deum dare decet, docet nos postula-  
 re. Ipse planè erudit nos, vt remissio-  
 nem peccatorum, fidei augmētum,  
 charitatis copiam, & alia id genus  
 petamus, quæ omnia vnico verbo  
 complexus est Christus dicens. Peti-  
 te & accipietis, vt gaudium vestrum  
 sit plenum. Nempe in ijs fluxibili-  
 bus bonis nullum gaudium est ple-  
 num. Imo extrema gaudij luctus oc-  
 cupat, & risus dolore miscebitur.

*Pro. 18*

*Eccle. 35*

*1. The. 5*

*Prou. 14*

Ceu sapiens contestatur.

Tertio notandum, quod omnia bona ex Spiritu sancto fluunt. Ideo quod Lucas dixit, dabit spiritum bonum petentibus se, Matthæus alijs verbis narravit. Dabit bona petentibus se. Indicans omnium charismatum dona, omnis plenitudo bonorum ab hoc limpidissimo fonte emanare

S. Atha.

Vbi Athanasius inquit. Nisi Spiritus sanctus esset Deus, & de substantia Dei, qui solus est bonus, nequaquam hic appellaretur bonus. Enim verò Christus renuit dici bonus, in eo quod factus est homo. Quam obrem subiunxit, nemo bonus nisi Deus. Vbi benemerito exclamat,

S. Aug. de verbis dñi

beatus Augustinus. O auare quid queris? Quid tibi sufficiat, cui Deus non sufficit? Patrem cælestem habemus fratres instanter illū precemur, vt hunc spiritum suum bonum nobis impertiat, qui bonos nos efficiat & suauitate sua cuncta mūdi aduersamelliflua reddat. Qui denique, nos deducat

deducat in terram illam rectam, & opatam Hierusalem quæ sursum est Gala. 4. ac proinde libera. Quemadmodum apostolus Paulus testis est.

*DECLAMATIO SEPTIMA  
in qua oratio dominica  
explanatur.*



De oratione dominica loquuntur fratres, tremor & timor me totum circumplectitur. Verū hæc mirabilis oratio tam præcellen-

tem habet autorem, tāque est resecta mysterijs, vt omnes doctores sancti, veluti stupefacti, & admiratione rapti, verba eius illucidare magno opere laborent. Quandoquidem magister optimus Christus Iesus, tam est nostre salutis cupidus, vt tria remediolorum genera nobis ostēderit, elemosynam, ieianium, & orationem. Quibus tāquam medicinalibus anti-

dotis, inueterata mala curare, presentanea pellere, futura precauere possimus. Cæterum, ut probe asserit diuus Augustinus, multi eleemosynas largiri non valent, eo quod inopia laborant. Alij ieiunare nequeunt, quia infirmi sunt, nihilo setius nemo adeo pauper, aut mendicus antidotum orationis dimittere debet.

Quoniam precationis medicamẽ morbis cunctis occurrit, & eos mirabili sua virtute expellit. Quid quod orationis negocium non tam corporis vitibus, quam animæ affectibus, non lingue verbis dumtaxat, sed cordis gemitibus peragitur. Iuxta illud, gemitus meus, à te non est absconditus. Nec alio tendunt elogia innumera quæ in canticis sponsus deponit columbam speciosam appellas sponsam ecclesiam, & vnãquamque sanctam animam. Profecto suapte natura columba ingemiscendo canit, & canendo ingemiscit. O mira orationis vis, o stupenda huius pre-

catio.

ecationis dominicæ precellentia, quæ totocunctis prophetis. atque hominibus omnib⁹, imo angelis ipsis supereminet Christus, tanto hæc oratio vniuersis precationibus dignior, atque sublimior est. Et ut Cipriani martyris prestantissimi vtar sententia, alia oratio gratior patri esse non potest, quàm hæc ipsa quæ à filio eius vnice dilecto tradita est. Nec vlla ratione potest pati repulsam, cum autor sit, Dei hominum que mediator pacificans per sanguinem suum, ea quæ in cælis, & quæ in terris sunt. Quin & ipsum aduocatum habemus apud patrem pro peccatis nostris, diuo Ioanne teste. Quas obres orantes & pro delictis nostris precantes, aduocati nostri verba, ex ore illius profecta proferamus oportet. Sanè si ipse ore suo sacro dixit, quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, quanto efficacius impetrabimus, quod in Christi nomine petimus ipsius oratione? Planè omniũ

S. Cypri.  
to. 1. lxx.

6.

Collo. 1.

Ioan 15

S. Aug.  
ser. 2. vi.  
penult.

Psal.

orationum oceanus hæc oratio dominica est. Itavt quicquid boni peti, ac optari, quicquid mali deprecari potest sub breuitate comprehendit, & quod tum corpori, tum animæ cōmodum, & salubre est continet. Quid plura? Non vt oratio tantum, verum etiam compendiaria totius Christiane vitæ regula haberi debet. Eam ob rē totis medulis cordis amplectenda. Hanc succinto sermone, saluator nobis. exhibuit, partim ne esset onerosa, partim verò ne obliuioni traderetur. Mirabile dictu, totius hominis cōmoda in hac diuina oratione postulamus, nam tres prime petitiones ad æternā vitā attinēt, quatuor verò vltime huic mortali & calamitose vitæ deseruiunt. Hinc exclamat sanctus Augustinus. O vere caelestis oratio, quæ tota est oratio, nam si singula verba prout sunt, tractare voluerimus, dies ante quā sermo deficiet. Nos autem fratres mei summi numinis ope patrocinate,

huius

Feria. 4.  
dñica  
palmarū

huius orationis excellentissime illud  
orationem incipiamus.

Pater noster qui es in cælis.

**I**s verbis orationis exordium cō- Mett. 6.  
posuit dominus, veluti beneuolen- Luc. 11.  
tiam captans, eo quod prius regis beneuolentia est concilianda, & subinde oratio proferenda. Hic tamen nō ob id vt Deum flectamus, beneuolū aut attentū reddamus ita loquimur. Ioan. 16.  
Ipse amat nos quia filium eius Christum amamus, & credimus in illum vt ipse contestatus est. Quique parus est dare, antequam petamus, vt pote, natura pius & misericors, ac prestabilis super malitia. Imo oculi eius super iustos, & aures ad preces eorum propense. Sed cōtra catenus Psal. 33.  
hoc vtimur initio, vt nos ipsos excitemus affectum mentis nostræ erigamus, & de largitate diuina haud dubitemus, sed maximopere confidamus. Vnde merito patrem eum cō S. Aug.

Q pelia-

pellamus. Vnde diuus Augustinus. Sic incipiendo bonitatem, & gratiã Dei optimi protestamur. Quando obsecro nos terrestres, & imbecilles auderemus vultum eleuare ad ethera, & dicere Pater noster qui es in caelis, nisi ipse per suum vnigenitũ gratiam & fiduciam prestaret? Sicut scriptum est. Potestatem dedis eis filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Accepta ergo filiatione, & fide filij Dei effimur. Vnde veluti demiratus discipulus dilectus tonat. Vide te qualẽ charitatẽ dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus. Mirabile dictu, non hoc populo priori dictum est, vt patrem oraret, sed dominus insinuatus est eis. Ego dominus ait & non est alter. Et iterũ ego dominus fortis zelotes, vindicãs iniquitatem patris in filios, vsque ad tertiam, & quartam generationem. Nẽ pe illi non filiali sed seruili timore seruiebant Deo. Nos verò populus nouus, in quorum cordibus charitas

Dei

Dei effusa est, per Spiritum sanctum qui datus est nobis vt amur hac voce mellita oportet, dicentes. Pater noster. Verum hoc nomine potissime charitas in nobis excitatur, quia filijs nihil charius debet esse quam pater, & simplex affectus. Nec frustra docuit nos magister optimus ne dicamus, pater meus, sed noster, ante omnia pacis magister & doctor erudiens suos fideles, ne sigilatim, & priuatim precem faciant, aut pro se tantum quis precetur. Publica arque communis est nobis oratio, & quando oramus pro populo oramus, ait S. Cyprianus. Omnes vnũ sumus in Christo. Ita vt vna sit fides, vnũ baptisma, vnus Deus & pater omnium. O vehementer mirandam summi Dei erga nos largitatem, imperator, & pauper, dominus & seruus, diues & inops corde & ore clamant pariter. Pater noster. Secus in terra contingit vbi alij ex nobilibus natalibus, alij ex infimis nati, diuersos sortiuntur paren-

Nota

S. Cypri:  
serm. 6.

tes.

Ioan. 1.

1. Ioan. 3

Exo. 20.

tes. Si ergo ita res habet, quod omnes filij Dei sumus, omnes eūdem patrem cælestem habemus, caueant magnates, & diuites, ne ludibrio habeant pauperes. Quin potius eos vnicę diligant, & abunde eleemosynas eis porrigant, ob oculos oraculum illud habentes. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ecce quam placeat Christo Iesu vnitas, & fraterna charitas. Alioqui, ni fratres simus in terra, hæreditatem habere æternam in cælis nequibimus. Veh quibus dictum est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Ij nissallor ex patre diabolo sunt & voluntatem eius adimplere summo opere contendunt. Nunc seculi honores aucupari volentes, nunc questus contra fas & nefas extorquentes Nunc denique carni suæ infide consentientes, eius & oblectamenta viperea sectantes. Tales sanè quamuis ore clament, pater noster, tamen filij degenere sunt, & cælesti hæreditate indigni.

Mat. 25.

Ioan. 8.

indigni. Qui autem morigeros Deo se exhibent, ij corde & ore clamitare non cessent. Pater noster. Sequitur in exordio.

Qui es in cælis. Vbi patrem illum appellauimus reuelationem filiorū expectantes, quod nomē est dilectionis, dulcedinis, benignitatis, totius gratiæ & prouidentię, imo hoc nomen habet ingenitam suauitatem, & confidentiam. Quippe que bassis & fundamentum est orationis sanctæ. Quin & patris nomine, ad memoriam reducit cuncta Dei beneficia nobis collata. Creationem videlicet, prouidentiam, gubernationē, paternam curam, necnon, & redemptionem per sanguinem filij sui. Itaque dum patrem cum vocamus, gratias pro omnibus beneficijs impensis agimus. Vnde miro ordine dictum est, qui es in cælis. Nemo tam sit rudis, vt Deum in cælo sedere cogitet, ceu rex sedet in throno suo. Vnde ipse ait. Cælum & terram ego impleo,

Pater nomen est confidentię.

Hier. 23.



pleo, per essentiam, potentiam, & præsentiam ubique est. Intra omnia non inclusus, extra omnia non exclu-

**S. Aug.** sus, ait sanctus Augustinus. Sed in cælis esse dicitur, quia in cælo vel maxime ipse effulget tãquam artifex omnipotens. Equidem mirabiliter in magnitudine cæli, eius potentia, in eius pulchritudine illius sapientia, in illius influentia Dei bonitas potissime splendet. Adeo ut admiratio ne raptus propheta clamet. Cæli

**Psal. 18.**

enarrant gloriam Dei. Vel ideo in cælis peculiariter Deum esse dicimus, quoniam inibi angelos & sanctos beat, quem non in speculo aut ægymate velut nos, sed facie ad faciem vident eum beati sicuti est. Hinc Da-

**Psal. 122.**

uid. Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in cælis. Et rursus. Dominus in cælo sedes eius. Volens igitur saluator noster à terrenis abducere affectus nostros, sic orare præcepit. Allu-

**Colo. 3.**

dit ad hoc illud Pauli. Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt querite.

rite. Nec non verbis istis, nos peregrinos ostendimus, nam dum sumus in hoc corpore peregrinamur à domino. Vnde cum Dauid clamare fas est. **Psal. 38**  
Peregrinus sicut omnes patres mei. Et rursus. Heu mihi quia incolatus meus, prolongatus est. Habitanti cum habitantibus cedar. Sed proh dolor, quã pauci gemitus hosce, quotidie emittunt. Pauci inquam sunt qui super flumina Babilonis sedeant flentes, ob memoriam Hierusalem matris nostræ, quæ sursum est. Vnde beatus Augustinus ait. Inuenimus patrem in cælis, attendamus quomodo viuamus in terris. Sic debet viuere qui inuenit talem patrem, ut dignus sit venire ad eius hæreditatem. Nolite ergo fratres inherere terrenis, qui patrem nobilem habetis in cælis. Non moriẽs dat filiis hæreditatẽ, sed manens in æternum, quia pater celestis est. Summa, habet hoc exordium primo, beneficiorum Dei imaginẽ, & dignitatis nostræ singulare in signe

**S. Aug.**  
l. 50. ho.

42.

**Nota.**

Indi-

indicat in super patris nostri excellē-  
tiam, nostramq; ingenuitatem, quia  
eius filij sumus. Nec non cælestem  
patrem Deum appellando, exilium  
nostrum profitemur, & ingemisci-  
mus, reuelationem filiorum deside-  
rantes. Veluti apostolus scribit. Mit-  
to lubens quod ait sanctus Augusti-  
nus, qui in cælis, hoc est in viris san-  
ctis Deum esse dicit, nam peccator  
ille est, de quo dominus. Terra es &  
in terram ibis. Vnde liquido constat  
tantum spiritualiter interessē, inter  
iustos, & improbos, quantum corpo-  
raliter inter cælum & terram. Sat sit  
illud ecclesiastici adnotare. Ante ora-  
tionem præpara animam tuam. Ve-  
ra præparatio est, vt antequam ora-  
tionem hanc dicamus, cor nostrum  
excitetur, affectus erigatur, fiduciaq;  
magna concipiatur. Quæ omnia a-  
bunde præstat exordium dominicæ  
orationis. Quam ob causam, rebus  
reuerentis abdicatis, fide firma, charita-  
te flamigera, spēque infra cta dica-  
mus,

S. Aug.

Eccl. 18.

mus. Pater noster qui es in cælis. Et  
hactenus de exordio huius oratio-  
nis.

Sanctificetur nomen tuum.

**Q**UO principio nos fideles de-  
ter exposcere, id hac prima pe-  
titione postulamus, dei nostri gloriā  
affectantes. Perinde dicamus. O pa-  
ter procliu genu obsecramus te, fac  
vt nomen tuum quod sanctū & terri-  
bile est, ignotescat hominibus, san-  
ctūque à cunctis habeatur. Quo ma-  
gis ac magis, omnes timeant tām  
maiestatem offendere. Sicut scriptū  
est. Initium sapientiæ timor domini.  
Verum nisi quis agnoscat summi nu-  
minis potentiam mirabilem, nomē  
benedictum eius venerari, vt par est  
non poterit. Itaque vt pulchre notat  
beatus Augustinus, dum oramus di-  
centes, sanctificetur nomen tuum  
cordis nostri affectum pium resera-  
mus, & ob id verbum hoc, gratiarū

Petitio.

Eccl. 1.

S. Ang.  
feria. 4.  
do. pal.

R actio

actio est. Tanquam si dicamus. Sanctum & benedictum sit nomen tuum. Decet planè gratias agere, qui tantam acceperunt gratiam, ut filij Dei nominentur & sint. Obseruandū, quod nullatenus petimus, ut nomen Dei sanctum sit, quod quidem suapte natura sanctissimum est, iuxta illud san-

Leui. 20

cti estote, quia ego sanctus sum. Unde idem doctor exacte inquit. Li. 30 ho. hom. 42. Sanctificatio nominis Dei est, qua efficimur sancti, nam nomen eius semper sanctum est. Postulamus ergo, ut nos per ipsum sanctificemur, & ipse in nobis perseueret.

S. Cypri.  
ser. 6.

Hinc sanctus Cyprianus. A quo Deus sanctificetur, qui ipse omnes sanctificat? Ideo rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus perseueremus, & hoc quotidie precamur. Opus est nobis quotidiana sanctificatione, ut qui quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua purgemus. O mirabilem Dei summi dignatio-

nem

nem, fures, maledici, fraudulenti, idolis seruietes eramus, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Iesu Christi, quemadmodum apostolus clamat. Ecce sanctificatio, quæ à Deo accepimus. Quippe quæ, ut in nobis permaneat, opis nostræ non est, sed Dei miserentis. Nonne dominus homini sanato à se & viuificato comminatur, ut iam non delinquat, ne quid ei deterius contingat? Eatenus continuis orationibus hanc precem facimus, ut iustificatio, & viuificatio isthec, quæ Dei dono sumitur, ipsius protectione & auspicio in nobis seruetur. Faceat iam improbi Pelagianorum letale dogma, quorum perseuerantia in bono poscitur à Deo, si ab illo non datur? An frustranea est & irritoria hæc petitio? Absit. Quin Paulus optime clamat. Non solum datum est vobis à Deo, ut in illud credatis, sed ut pro illo patiamini. Ecce virtus perseuerantiæ, ab eodem fonte oboritur, à quo & fides. Quippe

S. Aug.  
l. de bono perf.

que donum Dei est & non ex nobis.  
Nempe scite doctor præstantissimus

**S. Aug.** Augustinus dixit. Afferimus donum  
**vbi sup.** Dei esse perseverantiam, qua vsq; in  
finem perseveratur in Christo. San.

**Nota.** Tho. 22. q. 1 37. arti. 4. vbi fusius, &  
diserte hoc tractat. Ratio, quãvis li-  
berum arbitriũ potens sit gratia Dei  
adiuvante, vt recte eligat, suapte na-  
tura variabile est. Et hoc ab eo non  
tollitur per habitualem gratiam præ-  
sentis vitæ. Et ob hanc causam auxi-  
lio divino indiget, quo in bono ince-  
pto perseverare homo queat. Mira-

**li. 7. eth.** res. hæc virtus, potissima pars est for-  
titudinis, teste philosopho. Quid  
quod perseverantia martyribus, &  
athletis Christi Iesu victoriæ palmã

**Mat. 24** dedit? Huc pertinet illud. Qui perse-  
uerauerit, vsque in finem, hic saluus  
erit. Petere autem Christus iussit, vt  
sanctificetur nomen Dei, agnosca-  
tur, & glorificetur, tum à barbaris,  
hæreticis, & sarracenis. Vbi Chryso-  
stomus inquit. Digna est ante Deum depre-

deprecantis oratio, nihil petere an-  
te patris gloriam, sed omnia eius lau-  
di postponere. Equidem humiles fi-  
lij parentis gloriam suam arbitran-  
tur, & tanquam peculiarem honorẽ  
ducit. Neque filius obediens poterit  
non magnopere famam patris sui de-  
siderare. Quinimo si saluatoris no-  
stri imitatores sumus, semper & vbi-  
que cum illo vociferemur oportet.  
Ego honorifico patrem meum. Et  
rursus. Ego gloriam meam non que Ioan.

ro, est qui querat, & iudicet. O infœ-  
lices qui tanti patris honore oblito,  
gloriolam suam aucupari nituntur.  
In quos dominus ipse inuehitur di-  
cens. Si ego pater vester, vbi est ho-  
nor meus? Verba annotatu dignissi Mala. 1.  
ma, que maximè viscera pietatis crea-  
toris nostri erga nos indicant. Qui  
ab angelis in cælesti curia, diu noctu  
que, mirificis encomijs laudatur, ita  
vt milia milium ministrent ei, &  
decies centena milia illi assisat. Da- Danic. 7  
niele teste, is inquam, à vermiculis,

ab hominibus vult honorari, & laudari. Quandoquidem ille, vt potentissim<sup>9</sup> honore nostro haud eget, sed contra, nos inopes, gratia & gloria illius indigenus, dicente Paul<sup>o</sup>. Omnes in Adam peccauerunt & egent gloria Dei. Aduertendum quod nomen hoc quod sanctificari in nobis precamur, non est aliquod eorum decem quibus hebrei utebantur, diuo Hieronymo autore. Videlicet. El, elohim, elohe, pro quibus nos Deum interpretamur. Aut, Sabaoth, Elion, Ehiech, Adonai, Iah, quod in Alteluiah ponitur. Idest laudate dominum. Saddai, idest robustus ad omnia sufficiens. Decimum nomen erat quatuor literarum. Iod, he, vau, he. Idest Iehonad. Quod ineffabile erat. Nec est nomen aliquod, eorum quibus nos vrimur, scilicet, Deus, dominus, creator, omnipotens, Iesus. Nomen Dei fama illius est, & celebris notitia. Vnde David ait: Dominus dominus noster, quam

admirabile est nomen tuum, in vniuersa terra. Et in prouerbijs. Melius est tibi nomen bonum quam diuitie multe. Denique de hoc nomine saluator ait. Pater manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Idest, bonitatem mirabilem, charitatem inenarrabilem, miserationes tuas erga homines palam feci. Itaque tantum est dicere, sanctificetur nomen tuum, atque si diceremus, cum propheta omnis terra adoret te & psalat tibi. Credendo, & amando, sanctificamus nomen Dei. Ideo de Mose & Aaron conqueritur dominus dicens Non sanctificastis nomen meum. Hoc est verbo meo non credidistis. Glorificemus ergo nos nomen Dei mandatis eius obediendo, inimicos corde amando, & bene viuendo, sic vt insipientium ora obmutescere faciamus, vt bene admonet diuus Petrus. Veh illis de quibus scriptum est. Nomen meum per vos blasphemat<sup>ur</sup> inter gentes. Vos fratres corde &

Rom. 3

Nota

Psal.

PROV. 22.

Ioan.

Psal. 134

Nu. 20.

1. Pet. 2.

Esa. 52

ore clamantes indeffesse dicite. Sanctificetur nomen tuum pater omnipotens. Agnoscant tuam maiestatem & bonitatem, quot sunt, & erunt homines in mundo. Agnoscentes, toto diligant pectore, sanctisque tuis preceptis obediant. Nec non in candida ac sancta vita perseverantes, animam afflent.

Adueniat regnum tuum.

Pet. 2. SATIS congrue fratres mei sequitur, ut postquam patris nomen & gloriam, totis medulis cordis deprecati sumus, & adoptionem filiorum tanti, tæque prepotentis patris professi sumus, regnum petamus, quod filijs debetur. Et quoniam duplex est regnum verbum hoc duplicem expositionem habet. Est sanè, regnū gratiæ, & regnum gloriæ. De primo ait Luc. 17. dominus. Regnum Dei intra vos est. Quandoquidem gratia Dei, ea est, per quam Deus ipse in nobis regnat, sicut

sicut scriptum est. Siquis diligit me sermonem meum seruabit, & ad eum veniemus; & mansionem apud eum faciemus. En tota sancta trias in corde nostro habitat, modo mandata eius seruare pro vtrili nostra enitmur, totoque nisu eo conemur ut Christi Iesu sermonē opere impleamus. Ad eum veniemus, ait. *Quinā* sunt ij? Proculdubio, pater, & filius, & Spiritus sanctus. Nec cursim ad nos Deus noster venit, sed moras trahere cupit, & manere nobiscum se pollicetur, quam obrem ait. Mansionem apud eum faciemus. Huc pertinet quod apostolus asserit. Templū Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis. O nos beatos si regem hūc intra nos habuerimus, si tam magnū imperatorem, intra lares conscientiæ exceperimus. Nempe qui Deum optimum inhabitantem habet, nihil amplius appetit, honores mūdi spernit, diuitias quasuis posthabet, carnis lenocinia prorsus conculcat. Et

Ioan. 14

Ioan. 15.

1. Cor. 3.

*Orationis dominice illucidatio.*

ut uno verbo cuncta concludat, mē  
in qua gratia summi numinis oppi-  
tulante Deus creator & moderator  
omnium regnat, adeo omnium cha-  
rismatum donis est referta, ut cuncta  
ei temporaria vilescant. Hinc sapiēs

Pro. 21. dixit, & scite dixit. Anima satiata, cal-  
cabit fauum. Hoc est, delicias omnes  
& diuitias, pro nihilo pendet, post-  
quam de fonte aque viue, sitim suā

Ioan. 4. sedauerit, Dicente domino mulieri  
Samaritane. Qui biberit ex hac aqua  
sitiet iterum. Qui autem biberit ex  
aqua quam ego dabo ei, non sitiet in  
æternū. Ratio, quia fiet in eo fons  
aque viue, salientis in vitam æternā.  
Videris nissallor charissimi regnum  
Dei augustissimum, ditissimum, &  
omnigenis bonis plenissimum. Nūc  
videte regnum miserrimum mundi  
& diaboli, quod improbi nissibus rō-  
tis quæritant, & extensis vlnis ample-  
ctuntur. Omne quod est in mundo,

1. Ioan. 2. aut est concupiscentia carnis, aut  
est concupiscentia oculorum, aut  
est

*Declamatio septima: 134*

est superbia vite. Singula magnā ha-  
bent emphasin, non autem vacat sin-  
gula prosequi. Sat sit scire, quod ijs  
tribus vitia omnia dilectus Iesu cō-  
prehendit, in quibus regnum men-  
dax mundi regnat. Quin vefanus ho-  
stis Sathanas huius infelicis regni rex  
est. Alioqui saluator, non principē  
mundi eum appellaret. Nunc prin- Ioan. 12.  
ceps mundi huius eicietur foras.

Alludit hoc ad illud Job. Ipse est rex  
super omnes filios superbiæ. O mise-  
rum & miserabile regnum, modis  
omnibus aspernandum, vbi regina  
est iniqua superbia, & affectus eius,  
auaritia, gula, luxuria, & alia huiusce  
modi scelera innumera. At contra Rom. 14  
Dei optimi regnum, veluti illud apo-  
stolus nobis depingit, iustitia & in-  
gens tranquillitas est. Regnum Dei  
non est esca & porus, sed iustitia, &  
pax, & gaudium in Spiritu sancto.  
Ecce quibus diuitijs abundat hoc mi Ro. 14.  
rabile imperium. Vbi nil contra fas  
fit, nihil dissidij, aut mœlitię adinve-  
nitur

nitur vnquam. Huius regni modera-  
tor, ac rector Christus Iesus est, nam  
Gabriel paranymphus sic deifere Ma-  
riæ loquutus est. Et regnabit in do-  
mo Iacob in æternum Sed de hoc re-  
gno, tum in festo annuntiationis, tū  
etiam in dominica palmarum, satis  
supraque, me dixisse arbitror. O mi-  
rabile atque præcellens regnum, vo-  
tis ardentissimis expetendum. Vnde  
omni solertia precandum est charif-  
simi. Adueniat regnum tuum. Quod  
est dictu. Supplices oramus, vt in no-  
bis regnes, & vbi tua gratuita digna-  
tione nos ex tyrannico mūdi regno  
selegisti, atque in tuo sancto regno  
collocasti, ne obsecramus amplius si-  
nas in mente nostra regnare cruen-  
tum Sathanam. Enim verò, Zabuli  
regnum hætenus absortum non est  
in nobis, imo adhuc veteris hominis  
reliquie repullulare nituntur. Caro  
iniqua insurgit & reluctatur spiritui,  
diabolus vt leo rugit, mundus subdo-  
lus impugnat. Largire Deus optime

Luc. 1.

Nota

Gala. 5.

virtutē, vt omnino in nobis pereat  
peccatum, da precamur piissime pa-  
ter, vt quos à tyrānide peccati semel  
liberasti, & tuo regno ascripsisti, tuo  
beneficio freti in tua dilectione per-  
sistamus, nec in tyrannidem diaboli  
posthac relabamur. Equidem vt hæc  
petitio vehementer est pia, sic maxi-  
mè necessaria In qua pignus Spiri-  
tus sancti petimus & arrhabonem  
gloriæ caelestis, expostulamus.

Secundò, sic orantes, regnum Dei Regnū  
in nos venire poscimus, quod planè gloria.  
pijs hominibus dūtaxat datur. Qui-  
que post vitæ presentis agonē, æter-  
næ vitæ brauium ouantes accipient.  
Itaque non præpostere petamus o-  
portet, sed seriem mirabilem serue-  
mus. Primò regnum gratiæ, quod Nota  
intra nos est, feruentissimis prece-  
mur votis, & sic, tum in mundo, tum  
etiam in nobis solus Deus regnet,  
ceu beato Hieronymo placet. Secun-  
do summo ac vigilāti studio, caeleste  
regnum postulemus, quod planè,

virtu

ore



Matt. 13.

ore suo benedicto saluator noster electis suis pollicitus est dicens. Fulgebunt iusti sicut sol, in regno patris eorum. Observandum magnopere est, ubi sit sita gloria & honos piorum, non profecto in hac calamitosa vitamile erumnis plena, ubi quamuis in glorij electi Christi sint, & vesanus mundus eos infectetur, in regno florantissimo Dei, in caelesti patria instar solis splendebunt, imo sole ipso candidiores, & fulgentiores apparebunt. Nempe si rex omnipotens Christus Iesus improbo Pilato sciscitanti, esset rex necne, ipse respondit, regnum meum non est de hoc mundo, mirum non est si amici eius eandem profiterantur quotidie sententiam, corde & ore profitentes. Regnum meum non est de hoc mundo. Valeant seculi huius nugacis opes, abscedant eius volatici honores, exulent cuncta quae carni voluptati sunt, quoniam regnum & principatus meus, nentiquam interrenis, sed in caelestibus, & aeternis bonis

Ioan. 19

bonis est. Hinc sanctus Augustinus. Lib. 50  
Regnum Dei veniet & si nolumus. ho. ho.  
Veruntamen, oramus vt veniat regnum eius, quod nihil aliud est, quam optare, vt dignos nos faciat regno suo. Ne forte quod absit, veniat, & non nobis veniat. Multis non est venturum, quod tamen venturum est, illis autem veniet, quibus dicetur. Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod paratum est vobis a patre meo, ab origine mundi. Quid Mat. 25.  
ita? Sane quia esuriui & dedistis mihi manducare. Sitiui & dedistis mihi bibere. Aduertendum fratres quam sit verum beati Ioannis oraculum. Opera enim illorum sequuntur illos. Apo. 14  
Equidem diuitie, aut mundi gloria, morte aduentante nos sequi haud poterunt. Quia nihil intulimus in hunc mundum, nec auferre quid possumus. Cui sententiae astipulatur Iob. Iob. 1.  
Nudus egressus sum de vtero matris meae, & nudus reuertar illuc. At contra comes indiuisa est candida & imma

**Hæretici** & immaculata vita, & thesaurum bonorum operum nobiscum gestabimus. Quo ariete improborum hæreticorum asyllum euertitur. Dant quidem miseri, & cecucientes palmam fidei, operibus bonis non ira.

**Summa** Par erit fratres vt instanter precemur Deum optimum, à quo vtrūq; regnū accipiamus. Gratix eius principatum peramus, quo ipse regnet in nobis. Et subinde imperium cælestis gloriæ toto nisu exposcentes oramus, vt vicissim in ipso nos regnemus, videntes eum sicuti est. Non autem per speculum aut in ægymate veluti per fidem nunc eum contemplamur. Nec absre petimus, vt regnū Dei ad nos veniat, equidem nos nostrapte natura, ad illud venire nequimus. Verum vt Christus venit ad nos, eo quod ad illū ire, vtpote qui fragiles & infirmi ipsi nō potuimus, sic regnum ad nos venire postulamus, omnes filij Ade, in hac lachrimarum valle degentes, & dicentes.

Domine

Domine adueniat regnum tuum.

Fiat voluntas tua, sicut in cælo  
& in terra.

**VBI** tāquam filij patris cælestis regnum aeternum supplices postulauimus, quod planè sanguine rosso suo Christus Iesus nobis, etsi immeritis acquisiuit, dicente paulo, eripuit nos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnum dilectionis filij sui, ius est, vt morigeros nos exhibeamus tam precellēti patri, eius voluntatem per omnia deprecantes vt fiant. Hic vel maximè animaduertendum, quod voluntas Dei in sacra scriptura bifarie dicitur, propriè & methaphorice. Quod theologi dicunt absolute & cōditionate. Absoluta voluntas ea est, cui obistere nemo valet. De qua Citharedus canit. Omnia quęcunque voluit Deus fecit, in cælo & in terra, & in omnibus abissis. Mulier sancta Hester ait. Do-

Peti. 3.

Psal.

Hest. 13

S mine

mine in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui voluntati tuæ possit resistere. Nēpe vt intelligere Dei est suum esse, ita velle suum, esse suū est, & cum sit ipse omnipotens, illi resistere nihil potest. Itaque voluntas beneplaciti Dei semper fit. Est & voluntas signi in Deo, quæ metaphoricè voluntas dicitur, & sic præceptum diuinum voluntas vocatur, quemadmodum ex lautissimo sacrum literarū penu colligimus. Quo attinet illud psalmi. Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Ecce voluntas Dei signum voluntatis eius appellatur. S. Thom. 1. p. q. 9. ar. 11. ad eundem modum nunc oramus dicentes. Pater cælestis fiat voluntas tua, id est diuinum tuū præceptum sicut in cælo fiat & in terra. Hinc diuus Cyprianus. Non utique precamur, vt fiat quod Deus vult, sed vt nos facere possimus quod ipse vult. Nā Deo quis obstitit, quominus quod vult fiat? Sed quia nobis

S. Tho.  
1. p. q. 9.  
ar. 11.

S. Cypr.

bis

bis à diabolo obstititur, quominus per omnia noster animus, & actus Deo obsequatur, oramus & petimus vt in nobis fiat eius voluntas. Hoc est ope eius & protectione, mandata eius seruemus. Quoniam nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia & misericordia, dicente Christo. Si ne me nihil potestis facere. Mirto nunc lubens quinque signa voluntatis diuinæ, quæ à theologis describuntur. Quandoquidem præceptū, prohibitio, permissio, consilium, adimpletio, signa sunt quibus Deus optimus voluntatem suā nobis subindicat. Verum moderator mundi Deus non vult malum sub ratione mali. Dicente Dauid. Quoniam nō Deus volens iniquitatem tu es. Nihilominus vult bonum quod elicit ex malo, eam ob causam permittit illud. Simile optimū habemus in morte Christi Iesu qui ab inimicis iniuria accensus crucifixus fuit. Ex cuius morte, Deus pater totius mundi sa-

Ioan.

Scotus.  
4. d. 46

Nota.

Iutem hausit. Summa: voluntas Dei absoluta semper impletur, voluntas verò signi non ita. Quin peccatores mandata eius contemnunt, de quibus propheta ingemiscens ait. Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Atqui, ut summi numinis voluntas quæ nobis ignotescit per illius mandata in nobis adimpleatur, oratione hoc opus habemus. Sed quænam voluntas Dei hæc sit iam manifestat diuus Paulus. Voluntas Dei, sanctificatione vestra. Sanctificationem appellauit, respicientiam à peccato, veram penitentiam, & omnium scelerum internum dolorem, & externam confessionem. Nunquid voluntatis meæ est mors impij dicit dominus Deus, & non ut conuertatur à vijs suis. & uiuat? Equidem qui suapte natura vita æterna est, tantum abest, ut mortem impiorum velit. Imò Christi Iesu verba ea sunt. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. En

quanto.

quantopere Deus noster cupiat, iustificationem nostram, quæ semel in sacro baptismo facta est, & quotidie in vera penitentia fieri consuevit. Obsecro vos charissimi ut quam primû detis operam, totòque nisu eo incûbatis, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Bona utique est incipientibus, & iam quæ mundi sunt retro habentibus. Beneplacens proficientibus, qui plus sese elongauerunt, ab ijs quæ huius seculi apparent speciosa. Tandem, perfecta est, perfectè in via Dei gradientibus, quique labentem mundum, ut aridum, & scalentem aspectant. Ij nimirum cum apostolo clamant. Absit mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mûdo. O beatum virum qui eo euectus est, ut mundum triumphans in cruce Christi tràquillitatem, & gloriam inuenit, sub qua refulget verus honos & gloria. Sanè suam voluntatem hor-

Rom. 13

Gala. 6

reat, & modis omnibus fugiat necesse est, qui Dei voluntatem degustare affectat, alioqui propriæ voluntati inherens, infelix erit. Si quidem voluntas nostra, non bona sed mala, non beneplacens, sed mœstitia plena, nec perfecta, sed innumeris defectibus scætet, & mille infirmitatibus est obnoxia. Vnde obnixè precandum est fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Quid multa? Hanc voluntatè saluator mundi quærere nos docuit tum verbo tum deniq; exemplo.

*Matt. 26* Orantem ipsum in horto Gethsemani attentius audiamus. Sanè infirmitatem hominis quæ portabat ostendens ait. Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Et nobis dogma salutare prebens addidit. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Et alibi. Descendi de cælo non ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me. Mira res si filius sic obaudiuit patri, quanto magis seruus obtinere debet voluntati patris? Atqui hanc

hanc Dei voluntatem Christus docuit & fecit. Humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, tolerare iniuriam, cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere, charitati eius semper adhærere. Hæc sunt quæ saluator nos docuit, & hoc est voluntatem Dei implere, ut egregie admonet martyr Cyprianus. O mira & vehementer miranda res, qui voluntatem patris facit, is frater, & soror, & mater Christi Iesu est. Quid obsecro præcellentius? Aut quid salubrius hac dignitate? Curramus obsecro fratres & cum Dauide clamemus. Domine ad te confugi doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Profunde nimirum nobis est insita voluntas nostra, & nihil charius amamus quam illam, nihilque difficilius relinquitur. Vnde pleriq; ardua, ac varia opera faciunt, sed propriam voluntatem mortificare atq;

S. Cypr.

Psal.

Lucæ 9.

abnegare nequeunt. Nonne dominus ait. Siquis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me? Vbi audis abneget se, mortificationem voluntatis proprię intellige, nam in tribulatione & cruce nostra moritur voluntas, & Dei fit. Et quoniam hoc opis nostrę non est, à Deo fieri optamus.

S. Aug. li. 50 ho. 42.

Sicut in cælo & in terra. Vbi sanctus Augustinus, seruiunt tibi angeli in cælo, nos ita seruiamus tibi in terra. Et quomodo illi faciunt voluntatem tuam, sic & nos. Benedicite domino omnes angeli eius, qui faciunt voluntatem eius. Itaque in cælo omnia fiunt integre, & omnes beati voluntati diuinę cedunt, & promptissime in omnibus obsequuntur, sicq; addicti sunt rectitudini diuinę voluntatis, vt ab eadem deflectere non possint. Et ad eandem imaginem homines omnes, ita adhæreant summi nuntis beneplacito, quod rectissimū est.

Nota

est. Vel sic, ecclesia sancta Romanā cælum est, & regnum cælorum saepe numero vocatur, in qua Dei voluntas fit, mandata eius seruando. Oramus domine, vt in terra, hoc est in hereticis, & infidelibus ad te conuersis eodem modo tua fiat voluntas. Rursus fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. In vno quoque nostrū cælum est anima, terra est corpus. Nā corpus è terra possidemus, spiritum è cælo. Ideo ipsi cælum & terra sumus, teste Cypriano, & in vtroque, id est, in corpore & spiritu vt Dei voluntas fiat oramus. Est inter carnem & spiritum continua colluctatio, & veluti fratres vterini Esau & Iacob, Gene. quotidie decertant, dicente Paulo. Caro concupiscit aduersus spiritum spiritus aduersam carnem. Eam ob rem precamur vt virtute altissimi, pax fiat interne, ita vt lex que placet menti, quia sancta & recta est, conuertēs animas, placeat etiam carni, adeo vt quisque fidelis cū regali pro-

**Pfal. 83.** pheta tonare valeat. Cor meum, & caro mea, exultauerunt in Deum uiuum. Itaque, hæc petitio ceu nostræ infælicitatis speculum & imago est. Nempe vita nostra perpetua inobedientia est, & assidua diuinæ voluntatis oppugnatio. Nō quod uolo bonum ago, sed quod malum odio facio flens dicebat apostolus. Vnde uocem illam flebilem emisit. Infelix homo, quis me liberabit, de morte corporis huius? Tunc fit uoluntas Dei in cælo quando spiritus non reluctatur legi diuinæ. Fit in terra quādo caro non cōcupiscit aduersus spiritum. O mirabilis ac frugifera concordia. Sit ergo modo pugna, ut possit esse gratia Dei oppitulante uictoria. Egregia sane & potissima petitio uehementer & frugifera hæc est. Pa-  
ter fiat uoluntas tua, sicut in cælo & in terra.

Panem nostrum quotidianum  
da nobis hodie.

**N O N**

**N**ON quemuis panem petimus: uerba hæc proferendo, sed potissime panem illum postulamus quo uita spiritalis nutritur, roboraturq;. Quamobrem sic orare magister optinuit nos docuit. Panem nostrū substantialem da nobis hodie. Græce habetur epyusion. Quod septuaginta frequenter transferunt. Peryusion; ut diuus Hieronymus notat. Hebraice uerò dicitur, sogolla. Simachus, exeriton, transtulit. Hoc est, precipuum uel egregium. Quæ omnia extendunt, ut persuasissimum habeamus uerbis hisce, uel maximè panem illum sacrosanctum petere, qui in euangelio de seipso dicit. Ego sum panis uinus qui de cælo descēdi. Equidem ut bifaria est hominis uita, corporalis & spiritalis; ob id duplici pabulo opus habemus. Et rursus quem admodum utraque uita à Deo est, sic utriusque alimentum à Deo optimo petendum. Primo autem panis ille toto pectore petamus fas est, quo spiritalis

Matt. 6

Ioan. 6.

ritualis vita, utpote nobilior sustentatur. Alioquin preposterè peteremus. Dicente domino primum querite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur vobis. Beatum dixerim orthodoxum, qui oraculum hoc ob oculos semper habuerit, operèque illud impleuerit. De hoc potissimum pane qui vitam dat conuuis suis digne sumentibus nunc loquitur totius mundi conditor atque

**S. Cypri.** saluator. Hinc sanctus Cyprianus, Panis vitæ Christus est, & panis hic omnium non est, sed noster, hunc autem dari nobis quotidie postulamus ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie accipimus, intercedente aliquo graniori delicto, à cælesti pane prohibeamur, & à Christi corpore separemur. Petimus ergo, ut qui in Christo manemus, à sanctificatione eius, & corpore nullatenus separemur. Cui sententiæ beatus Augustinus consentit, libro illo miraculo de bono perseverantiæ. Quod au

**S. Aug.**

tem

tem absque hoc pane nemo viuere queat, indicat dominus terrificam illam comminationem. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. O terribile ac stupendum verbum, quid est non habere vitam, nisi perpetim mori? Et iterum, nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Ecce si cælum conscendere affectamus, oportet ut membra Christi Iesu simus, & per sacram eucharistiam incorporemur. Sicut scriptum est. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. O mirabile, & modis omnibus desiderandam unionem, per quam nisi fallor in nobis Christus Iesus, & nos in ipso manemus.

**S. Aug.** Cæterum bisarie nobis fidelibus Christus datur, videlicet per verbum suum, & per sacramentum eucharistiæ. Nonne verbo saluator noster proponitur? Verum per verbum eundem gelij

**Ioan. 6.**

**Ioan. 3.**

**S. Aug.**  
li. 50. ho.  
ho. 42.



gelij apostoli, vbi que terrarum idola destruentes, Christum Iesum hominum

cordibus inseruerunt. Verbum Dei panis est. Vt dicitur in Genesi. Panis est sermo Dei, & efficacior & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et romphea bis acuta, ecce micro quod predicatorum, tum mundum, tum etiam diabolum profligantes, bonum certamen quotidie decertant. Quandoquidem, summi Dei sermo panis animæ est, quo incrassatur, & viuunt.

Ioan. 8. Iuxta illud amen dico vobis si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. O vere panis supersubstantialis, panis precipuus, qui animam non ad temporalem, sed ad vitam supernaturalem cibatur. Panis egregius est, mille delictis plenus, de quo regalis propheta canit. Quam dulcia faucibus eloquia tua, super mel ori meo Equidem magna illud omne delectamentum in se habens, omnem que suauitatis saporem continens, verbum Dei est. Non utique tenebrosam Egyptum habitantibus

Psal. 118

Sap. 16.

tibus

tibus, quippe qui silliquis porcorum victitant, sed scalentem eremum degentibus, sponteque poenitentiam agentibus, panis hic magnopere suauis est. Quamobrem proclui genitorem Deum dicentes. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, verbum sanctum tuum nunquam deficiat, alioqui fame peribimus. Tu ipse per doctores, & concionatores tuos frange nobis hunc panem. Ne forte de nobis oraculum illud quandoque dici possit. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Mitte domine operarios fideles in messem tuam, qui verum & genuinum sacre scripturae intellectum nobis propinent, citra omnem zizaniam admixtionem. O vere frugifera, & vehementer necessaria petitio, quia nulla maior animaduersiono, quam ubi panis ille subtrahitur, aut ab erroribus conspurcatur.

Par ergo erit, vt crebris singultibus, panem

Tren. 4.

panem hunc efflagitemus, & cū gratiarum actione illum suscipiamus. Veh terre, iterum veh genri, cui sermo Dei deest, nulla iactura maior, quam hæc. Huc pertinet terrifica, & vehementer tremenda comminatio

**Amos. 8** Mittam vobis famem, non panis, sed verbum domini audiendi.

Tertio tādē petitione hac quarta huius orationis, tum victum, tum etiam vestitum, & quidquid necesse habemus in hac calamitosa vita, ex-

**S. Hier.** postulamus. Hinc beatus Hieronymus. Quidam simpliciter putant, secundum apostoli sermonem dicentis. Victum & vestitum habentes tantum, his contenti sumus, de presenti tantum cibo sanctos curam gerere. Vnde in posterioribus preceptū est. Nolite cogitare de crastino. Vbi magnopere adnotanda est diui Cypriani sententia. Non solum panem postulam

**S. Cypr.** vt habeamus quod manducemus. quod comune est inter iustos & iniustos, sed vt quod māducemus

de

de manu Dei, quod dūtaxat sanctorum est. Nam illi Deus dat panem, qui cum iustitia præparat, diabolus autem ei qui præparat cum peccato. Nec abs re nostrum hunc panē appellamus, verum omnia quæ nobis Deus largitur & per nos alijs dat. Diuitibus dominus affatim opes præbet, vt ipsi egentibus tribuant. Ideo signanter dicimus da nobis hodie. Mirabile dictu, nemo pro se tantum orat, sed quisque pro omnibus postulat. Sumus quidem iuicem membra, teste apostolo, quorum caput Christus Iesus est. Pro se orare necessitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem est ante Deum oratio, non quā necessitas transmittit, sed quā charitas fraternitatis commendat. Nempè aureis literis hæc Chrysoستي sententia est scribenda, ne posthac quis pro se tantum precetur. **Quin** ad omnes suam extendens orationē, pro cunctis deprecetur charitate ac-

**Ro. 12.**

**S. Chry.**

**Nota.**

T census.

census. Aduertendū valde est, quod  
 non magister optimus diuitias aut  
 delicias, sed pro cibo tantum quoti-  
 diano nos orare iussit. Quid enim  
 christiano cum diuitijs labentis mū-  
 di, cui aliæ æterne opes promisse  
 sunt? Pereat iam auaritia, & diues est  
 natura, ait diuus Augustinus. Qui er-  
 go Christi cepit esse discipulus, secū-  
 dum vocem magistri sui omnibus re-  
 nuntians, diurnum debet cibum pe-  
 tere, nec in lōgum desideria extende-  
 re. Ipso iterum domino præcipiēte.  
 Matt. 6. Nolite cogitare in crastinum. Crasti-  
 nus enim dies sollicitus erit sibi. Suf-  
 ficit diei malitia sua. Merito igitur  
 Christi discipulus victum sibi in die  
 postulat, qui de crastino cogitare  
 prohibetur. Nā qui petimus regnū  
 Dei velociter venire, quomodo in  
 hoc seculo optamus diu vivere? Ra-  
 dix malorum omnium cupiditas est.  
 Quam quidam appetentes naufraga-  
 uerunt à fide, vt apostolus contesta-  
 tur. Vos fratres mementote diuitis  
 infeli-

infelicis, qui in plures annos diui-  
 tias ingenti labore præparauit. At se  
 quenti nocte, misere mortuus fuit. Luc. 12.  
 Filij altissimi sumus vehementer cō-  
 fidamus oportet, de illius prouiden-  
 tia. Quippe quæ tam est magna, vt  
 nedū hominibus quos imagine sua  
 insigniuit, & cruore suo roseo rede-  
 mit, sed passerulis, & pullis coruo-  
 rum cum inuocantibus, cibos proui-  
 deat. Huc attinet illud. Non occidit  
 dominus fame animam iusti. Et ite-  
 rum regalis citharedus clamat. Iu-  
 nior fui etenim senui, & non vidi iu-  
 stum derelictum, nec semē eius que-  
 rens panem. Scit nimirum pater no-  
 ster celestis quia victu, & vestitu indi-  
 genus, eas ob res sollicitudinem o-  
 mnem abdicantes illi fidamus. Sic  
 Danieli in lacu leonum, iussu regis  
 incluso, prandium diuinitus procu-  
 ratur, & inter feras esurientes, & par-  
 centes, homo Dei pascitur. Sic He-  
 lias alitur in fuga & in sollicitudine  
 coruis ministrantibus, cibum sibi ap-  
 portan

*Orationis dominice illucidatio.*

portantibus in persecutione nutritur. O humanæ malitiæ detestanda crudelitas, exclamat martyr Cyprianus, fere parcunt, aues pascunt, homines verò insidiantur & seuiunt. Supplices charissimi orantes dicamus. Pater noster, panem viuum qui de cælo descendit da nobis hodie, quo anima nostra uiuat. Exhibe verbum tuum sine quo mens ipsa de lassatur & moritur. Nec non quotidianum victum nobis filiis tuis largire, vt pro hoc triplici pane à te impenso inexhaustas tibi gratias habemus, teque semper & vbique laudamus.

Et dimitte nobis debita nostra,  
sicut & nos dimittimus  
debitoribus nostris.

**P**OST subsidium cibi petitur & venia delicti, vt qui à Deo pascitur, in Deo uiuat, nec tantum præsentis & temporali vitæ, sed æternæ consu-

*Declamatio septima.*

147

consulatur, ad quam venire quis potest, si peccata donentur. Quippe quæ dominus iure debita appellat, sicut in euangelio dicitur. Omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me. Vbi diuus Cyprianus. Quam autem necessesse, quam prouidenter admonemur miserie nostræ, & quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, vt dum indulgētia de Deo petitur, conscientia suæ animus recorderetur. Ne ergo quis quasi innocens sibi placeat, & se extollēdo, plus pereat, instruitur, & docetur peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Hinc Ioānes recte admonet dicens. Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quis obsecro in hac vita debita non habeat? Inflare se potest homo, iustificare autem se nequit. Non itaque, vt phariseus nostra iactemus merita, sed instar publicani peccus percutientes vulnera detegamus dicentes.

Mat. 18.

S. Cypr.

1. Ioan. 1

Luc. 18. Deus propitius esto mihi peccatori. Mira res, apostolos sic dominus orare docuit, quid ni nos improbi ad eundem modum quotidie oremus? Ad hæc, hoc telo Pelagiani confodiuntur, qui audent dicere hominem iustum in hac vita nullum omnino peccatum habere, & in talibus hominibus esse iam in presenti tempore ecclesiam non habentem maculam nec rugam. Hæc beatus Augustinus libro de bono perseverantiæ. Atqui Novitianorum dogma hoc ariete subvertitur, quod temere asseruit, nequaquam post baptismum peccata dimitti. Pudesciant iam iam oportet aduersarij omnes, ubi saluator nos orare docuit. Pater dimitte nobis debita nostra. Hinc admirari licet diuinæ miserationis immensitatem, & largitatem. Cui sat non fuit, per lacrum regenerationis sua gratuita bonitate nobis peccata omnia condonare, sed quia pro dolor, in hac peregrinatione contingit, ut post innocentiam

S. Aug.

centiam baptismi delinquamus, hinc quoque diuitias misericordiæ suæ ostendens, quotidianis filiorum suorum delictis, certum ac paratum medicamen demonstrat, modo, ut humiliter nos peccasse fateamur. Et qui liuore saluatoris sanati sumus, non plane merito nostro, sed illius veniam adipiscamur. Pape, quam ingens sit summi Dei clementia, quæque verum sit illud. Nolo mortem peccatoris, sed magis, ut conuertatur, & viuat. Et rursus dominus in euangelio. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Quid ergo causa subest, ut non peccata, sed debita vocarit palam est, sanè per peccatum summo bono honorem, amorem, obsequium, & obediētiam subtrahimus. Vnde Deus ipse ait. Si ego dominus ubi est timor meus? Si ego pater ubi est amor meus? Rursus, per peccatum debitum pœnæ æternæ cōtrahimus. Vnde scriptum est. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Itaq;

Eze. 18.

Mal. 1.

Eze. 18.

hoc nomen debitum atrocitatem & grauitatem peccati subindicat . Cæterum, nostra debita esse fatemur, eo quod ex nobis nil habemus nisi peccatum, & quod ab illo emanat . Eri-gamus cristas, blādiamur nobis ipsis quia nihil boni ex nobis, sed ex Deo est. Alioqui Deus non diceret. Perdi-tio tua Israel ex te, auxiliū verò tuū ex me. Et iterum, Sine me nihil potestis facere. Perinde dicat . Vestra apte natura fragiles & ad omne bonum inepti estis, gratia autem mea vos roborante præclara, & illustria opera patrare poteritis . Nemo post hac frustra conqueratur dicēs. Hoc voluit fatum, hoc fortuna, aut influētia cælestis. Vnusquisq; à sua cōcupiscentia tentatur, & ipse sponte delinquit. Quam ob causam, corde & ore dicant. Tibi soli peccaui domine, & malum coram te feci . Nostra sunt delicta, nostra debita, eo quod non coacte, sed libere ea comisimus.

Cæterum, opere precium erit nūc pactum

pactum nobis constitutum altius in-spicere, nam additum est subinde, si-cur & nos dimittimus debitoribus nostris. Dubio procul nos impetra-re veniam non possumus, nisi ipsi circa debitores nostros paria prius fecerimus. Ratio, quia hac lege nos fideles saluator constrinxit. Alludit ad hoc illud. In qua mensura mensi-fueritis, in ea remetietur vobis . Et non nihil apertius alio loco ait. Nisi dimiseritis hominibus peccata eorū nec pater vester cælestis remittet pec-cata vestra vobis . Imò hoc maximè signum est, quod filij Dei sumus, & Christi Iesu discipuli, si inuicem dili-gamus nos. Miranda sunt meo videri, verba illa beati Ioannis, & omni-librata ratione expendenda. Scimus quia translati sumus de morte ad vi-tam, quoniam diligimus fratres. Ec-ce charissimi vitæ spiritalis nostræ in-signe mirabile, dilectio fratrum no-strorum est Nam qui non diligit ma-net in morte. Dimittamus ergo de-

Matt. 7.

1. Ioā. 3.

Oscæ. 13

Ioan.

Psal. 50

bitoribus nostris, quæ parua sunt, vt  
 scelerum nostrorum remissionem  
 Eccle. 18 apud Deum inueniamus. Homo ho-  
 mini seruat iram, ait sapiēs, & à Deo  
 quærit medelam? Vermiculus humi  
 reptans, non vult parcere fratri, &  
 Deus maximus veniã impertiet ser-  
 uo precanti? Nonne dum homines  
 nos ledunt, iniuria afficiunt, aut qui-  
 piam damni inferunt, potissimè in  
 Deum peccant, & eum temere pro-  
 uocant? Qui tangit vos, ait dominus  
 Zach. 1. tangit pupillam oculi mei. Quis pre-  
 cor, sententiam hanc pro dignitate  
 valeat enarrare? Ecce quã tenere, ac  
 impense Deus electos suos diligit.  
 Deut. 32 Quique clamat. Mihi vindictam, &  
 ego retribuam eis in tempore. Absit  
 ergo quænis ira, inimicitia exulet,  
 vbi saluatoris sententia immobilis  
 manet, Si dimiseritis hominibus pec-  
 cata eorum, remittet & pater vester  
 N. 13. peccata vobis. Caueat quisque fide-  
 lium nedum precationem hanc pro-  
 fert, contra se vindictam imploret.

Sanè

Sanè si animus vlciscendi ei fuerit,  
 vltionem ipse à Deo petit dicens. Di-  
 mitte mihi piacula mea, quæadmo-  
 dū & ego fratri meo dimisi. Et quo-  
 niam vindictam ab eo cupio accipe-  
 re tu domine, ne mihi parcas, sed deli-  
 cta mea obserua, & pœnis æternis  
 me trade. O insignem stultitiam, o  
 execrandam infelicitatem eorū, qui  
 sic stupent, & diaboli suggestu ita allu-  
 cinantur. Irascimini & nolite pecca-  
 re, fratres, sol non occidat super ira-  
 cundiam vestrã. Apostolus zelo Dei  
 accensus ita loquitur. Ac si dicat. Si  
 forte ira vincimini sicut homines,  
 nolite peccare iram in corde retinen-  
 tes. Vindictæ libido ira est, odium ve-  
 rò inueterata ira, & odium trabes in  
 oculo mentis, doctore Augustino.  
 Hinc David conqueritur. Turbatus  
 in ira oculus meus. Inueteraui inter  
 omnes inimicos meos. Sol non oc-  
 cidat super iracundiam vestrã. Quã  
 ocysissime serpentem noxialem è cor-  
 de vestro projicite, iracundiam vt igne  
 carniuo-

Psal. 4.

S. Th. 22

q. 158. ar

ti. 4.

Psal. 6.

*Orationis dominice illucidatio.*

**Sapient. 5.** carniuoracem quam primum extinguite. Sanè valde timendum est, ne sol ille, de quo improbi dicebant, & sol intelligentiæ, non est ortus nobis, super iracundiam nostram occidat. Et in Malachia. Orietur vobis in mentibus nomen meum sol iustitiæ & sanitas in pennis eius. **Quin** & ipse dominus ait. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Sub pennis huius solis illi duntaxat protegentur, qui inimicos dilexerunt, de illis bene mereri studentes. Vnde **Cyprianus** inquit. Excusatio tibi nulla in die iudicij superest, cum secundum tuam sententiam iudicaris, & quod feceris hoc & ipse patiaris. Pacificos & concordēs, atque vnanimes esse in domo sua Deus precipit, & quales nos fecit natiuitate secūda, tales vult renatos perseuerare, & quibus spiritus vnus est, vnus sit & animus. **Iuxta illud.** Erat illis anima vna & cor vnu in Deo. Equidem sacrificium maius Deo

*Declamatio septima.*

171

Deo est pax nostra, & concordia fraterna. Merito iustus Abel ore Christi Iesu collaudatus, dum Deo sacrificat innocenter, & pacifice postmodum Deo optimo sacrificium factus est, ita vt martyrij palmam primus vendicaret. Tales que à domino coronantur, tales in extremo iudicio cum domino vindicabuntur. At contra, qui pessimi Caimi hæredes fuerint, & vindictam de fratre suo accipere conati sunt, ij geene tradentur, & pœnas dabunt perpetim. Planè non potest esse cum Christo, qui maluit esse imitator Iudæ quam Christi. Summa, qui verò sacrificiū Deo exhibere conatur, & ab illo veniam suorum criminum vult accipere, necessum est, vt primo ipse debita cuncta fratri suo dimittat. Alioquin frustranea erit eius oratio, & nullatenus misericordia Dei potiri poterit.

Et ne nos inducas in tentationem.



**H**IC nostræ infirmitatis, & imbecillitatis, nec non & periculi nostri admonemur, dum sic oramus. Nempe vt filij hostilia bella intuentes, & inimicis seuientibus vallatos se videntes, patrem orare solent, ne eos deserat, sic nos orthodoxi quibus lucta adest, nedum cum mundo, & carne tantum, sed aduersus principes tenebrarum harum, clamemus oportet semper. Pater misericordiarum, ne cadere in tentationem nos permittas vnquam. obseruandū magnopere est, quod diuus Augustinus de sermone domini notat. Aliud est autem induci in tentationem, aliud verò tentari, nam sine tētatione probatus esse nemo potest, siue sibi ipsi, siue alijs. Vnde nonnulli quodices habent. Ne nos inferas in tentationem, nam ex vno verbo græco vtrūque translaturum est. Tūc enim Deus inducit nos in tentationem, dū peccatis nostris exigentibus cadere sinit. Sic Solomō in senectute sua miserere

Ephe. 6.

S. Aug.

Nota

serē cecidit, & à mulierculis alienigenis fuit deceptus, cui suscitauit dominus Satā. Necnō & Saul primus rex Israel, ob sua scelera in varia tentationis genera declinauit. Atqui potestas aduersus nos bifarie datur, vel ad pœnam quum delinquimus, vel ad gloriam cum probamur, sicuti de viro sancto, Iob legimus. Quo expe-  
stat illud. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Ecce quā frugifera sit electis Dei tentatio, per quam immarcescibilem coronā gloria adipiscuntur. Quin & summa tētatio est nō tentari, verum ab altitudine diei maximè cū propheta timēdum est. Fortuna arridente, plus auxilio diuino indigemus ne insolescamus, & Dei optimi obliuiscamur. Sicut scriptū est. Sedit populus manducare, & bibere & surrexerūt ludere. Et iterū. Ingrassat⁹ est dilectus impingatus dilatat⁹. Quid statim sequitur? re  
caleitrauit, dereliquit Deū factorē suum

3. Re. 11.

2. Re. 16.

Iob. 1.

Exod. 32

**Pfal. 90.** suū simile est illud psalmi. Cadēt à latere tuo mille, decē milia à dextris tuis. En plures dilabūtur à mundi fastu & prosperitate, quā ex calamitate, & tēratione. Hanc ob causam diuina pietas instituit, vt quādiu viuimus, luctādum nobis sit cum hoste cruento Satana, cum mundo fallaci, & carne subdola, ne forsitan dormitantes nostris fidamus viribus. Planē humani generis aduersarius non dormitat, imo aduersus nos technas suas omnēs, & machinas parat, quibus oppugnemur. **Quo** circa verendum est, ne labefactata & mutata sentētia rursus in vitia incidamus, longeque deteriorēs quam antea simus. **Melius** erat illis non agnoscere viam Dei, quam post agnitionem retrorsum conuerti. **Orandum** igitur est, & vigilandum, ne intremus in tentationem, ceu saluator apostolos monuit sub passionis tempus. **Intelliget** autem fidelis quisq; quantopere, egeat diuini huius adiutorij, si suę imbecillita-

**2. Petr. 2.**

**Matt. 26**

illitatis, in scitiz que meminerit. Si recordabitur illam Christi Iesu sententiam pectoribus nostris versandā Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Si denique in mentē ei veniat, quam innumeri, quā graues, quam & exitiales hominum casus sint, impellente demone, reluctāte mundo, & stulta carne, ni sustentetur dextere cælestis ope. **Quod** illustrius esse possit humane infirmitatis exemplum, quam facer ille apostolorum chorus, qui magno antea animo cum essent, subinde obiecto terrore, saluatorēq; relicto, hac & illac diffugerunt? **Quotus** quisque nostrum est, qui videns petrum, tam magnifica de se pollicentē, in carcerem & in mortem cum Christo ire promittentem, non contremiscat, vbi iureiurando affirmarit se nosse Iesum?

Admirari sanē non sufficio fratres quanta sit nequitia, & versuria diaboli contra nos. **Aggressus** est primos

parentes in paradiso amenissima,  
 quippe quos, heu prostravit, ador-  
 tus est prophetas, appetiuit aposto-  
 los, expetens vt cribraret eos sicut tri-  
 ticum. **Luc. 22.** Quid plura? Ipsum Christi le-  
 su filij Dei os non erubuit, quo mi-  
 nus omnigena tētatione cum in de-  
 fertō affecerit. O inexplebilem Sata-  
 næ cupiditatem, & immensam ra-  
 biem. Descendit ad vos diabolus ha-  
 bens iram magnam, ait Ioānes, sciēs  
 quia modicum tempus habet. Allu-  
 dit ad hoc illud Job. Nō est potestas  
 super terram, quæ comparetur ei.  
**Apo. 12.** Quandoquidem violentos demonū  
 incurfus, & callidam astutiam vince-  
 re, opis nostræ non est. Quis iam se-  
 tutum suo præsidio satis existimet?  
 Itaque pie, & sanctè orandum est, &  
 assidue deprecandum, ne pater cele-  
 stis permittat nos tentari supra id  
 quod sustinere possumus. Sed fa-  
 ciat cū tētatione pūētū. Hoc est dice-  
 re. **1. Co. 10.** Ne nos inducas in tētationē. Ob-  
 servatione dignū est, quod tērare est

proprie experimentū sumere de eo  
 qui tentatur. Idque verbis & factis  
 fieri solet. S. Thom. 22. q. 97. artic. 1  
 Sic accessit tentator videns dominū **Matt. 4**  
 esurientem, & lapides offerēs ei, vbi  
 agnoscere voluit esset filius Dei nec-  
 ne. At contra Deus optimus tentat  
 nos, vt agnoscamus quam simus fra-  
 giles, nisi ipse subueniat, quem inuo-  
 cantes in quavis erumna adiutorem  
 & patronum sentiamus, iuxta illud,  
 Cum ipso sum in tribulatione, eri-  
 piam eum & glorificabo eum. **Psal. 90**  
 Quid ita? Quoniam in me sperauit libera-  
 bo eum. Quid multa? Abraham legi-  
 mus à Deo esse tentatum, vt filiū suū **Gene. 22**  
 immolaret, quam obrem obedientię  
 & patientię exēplum singulare fuit  
 omnibus, ad memoriam hominum  
 sempiternam. Et in eandē sententiā  
 dictū est Tobie. Quia acceptus eras **Tob. 15.**  
 Deo, necesse fuit, vt tentatio proba-  
 ret te. Mira res, sæpenumero tentat  
 nos Deus, vt dilectio illius cunctis sit  
 conspicua. Sicut scriptum est. Ten-

**Deut. 13.** **tat** vos dominus Deus noster, vt palama fiat, vtrum diligatis eum, an nō. Mirabile dictū, probi viri voris omnibus, ardentissimisque desiderijs summum precantur numen, vt eos tentare velit. Et cum regali propheta **Nota**  
**Psal. 35.** procliui genu exorāt. Proba me domine & tenta me. Equidem experimento quotidie sciunt quam sit eis proficua tribulatio, & tentatio. Cæterum, cum Deus intentator malorum sit, ob id tentat suos, vt incrementa virtutum eis præbeat, mansuetudo, & patientia illorum plus candoris & splendoris habeat. Nos autem Deum ipsum tentare non decet, dicente domino. **Deut. 6.** Non tentabis dominum Deum tuum. Tentat Deū, qui temere periculo se exponit volens potentiam, aut virtutem Dei experi ri, quod non vulgare nefas est. **S. Aug.** sanctus Augustinus. li. 22. cōtra faustum ait, quod Christus inimicorū iram aliquando declinarit, hominis infirmitatem instruebat, ne Deum tentare

tentare audeat, quando habet quod faciat, vel cauere oportet. Vnde constat quam prudenter apostolus fecerit, vbi in sporta per murum submissus, manus tyranni sacrilegi euasit. Possumus autem tentare Deum, vt experi ri possimus volūtatis eius dulcedinem. Vnde Dauid nos horratur dicens. Gustate & videre, quoniam **Psal. 35.** suavis est dominus. Et iterum Paulus, ait. Vt probetis, quæ sit voluntas Dei, bona, beneplacens; & perfecta. Itaque duplex est cognitio bonitatis & voluntatis diuinæ. Altera est speculatiua, & de hac non licet dubitare, nec probare, an Dei voluntas bona & suavis sit. Altera cognitio diuinæ voluntatis est effectiua, seu experientialis, dum quis experitur in seipso gustum diuinæ dulcedinis. Et hoc modo satis conducibile est, probare & gustare quam sit suavis dominus **S. Tho. 2. 2. q. 97. arti. 3.** ad hanc mellitam dulcedinem nos allectare cupiens Deus ipse ait. Spiritus enim **Eccl. 34**

meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Et rursus sapiens clamitat. Non habet amaritudinem conuersatio eius, nec tedium conuictus illius, sed lætitiã & gaudium. Audiant hoc improbi homines, qui lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis. Audiãt & erubescãt, & erubescẽtes ad fontẽ dulcedinis currant, Christum Iesum toto pectore amãtes, & augustissimẽ eum venerantes.

Sũma, hac petitione profecto perseverantiam in bono opere postulamus, summi numinis opem petentes. Qua nos fratri victoriã de inimicis nostris spiritualibus vëdicare possimus. Habemus plane ducem fortissimum, Christum Iesum, qui fortem armatum superavit, denudavit, spoliavitque. Quique, docet manus nostras ad prælium, & digitos ad bellũ. De quo apostolus, ne timeamus ait. Gratias Deo qui dedit nobis victoriã, per Iesum Christum dominũ nostrum

nostrum. Eandemque victoriã prædicat cælica illa vox in Apocalipfi. Facta est salus & virtus, & regnũ Dei nostri, & potestas Christi eius, quia projectus est accusator fratrum nostrorum, & ipse vicit eum per sanguinem agni. Reliquum est fratres vobis pro virili nostra resistamus diabolo, & exemplo fugiet à nobis, Christo Iesu opitulante.

Sed libera nos à malo.

**V**LTIMA petitio hæc est, quasi Iulius Dei: Christus diuinam hanc orationem conclusit. Cuius maximam vim & pondus indicans, eadẽ orandi clausula è vita migraturus est vsus, Deum patrem pro hominũ salute deprecans. Rogo pater vt serues eos à malo. Ecce exemplo confirmavit præcationis formulã, quippe quam præcepto tradidit, quasi quadam epitome summãrum complexum vim, & rationem cæterarum petitionum.

num. Verum tanti est hæc petitio,  
**S. Cypr.** vt diuo Cypriano teste, cum id quod  
hac prece continetur impetraueri-  
mus, nil remaneat, quod ultra de-  
beat postulari. Verum protectione  
Dei impetrata, diabolus, aut mun-  
dus, aut caro infirma, nihil aduersus  
animam poterunt. Atqui quum vi-  
**Iob. 14.** ta nostra tot malis sit plena, atque re-  
ferta, adeo vt teste Iob, homo natus  
de muliere, repletus sit multis mise-  
rijs, quorsum de malo, quasi de vno  
**Questio** tantum liberos esse precamur? Sanè  
hoc verbo aduersa cuncta comprehendimus  
quæ contra nos in hoc mundo inimici  
omnes moliuntur. A quibus potest esse  
fida, & firma tutela, modo suo præ-  
sidio Deus optimus nos liberet, si de-  
precatibus ac implorantibus opem suam  
ipse, vt pote misericors parens, impetriet.  
**S. Cris.** iuxta Chrysostrami sententiam, dia-  
bolum hic malum dominus appellat pro-  
pter excellētiam malitiæ. Nō quæ ex  
natura est, sed quæ ex electio-

ne

ne, & quia ad nos implacabile gerit  
bellum. Quandoquidem demon iure  
optimo malus vocatur, eo quod  
etsi eum nihil læsimus, tamen perpe-  
tuam luctam nobiscum gerit, & ca-  
pitali nos infestatur odio. Et quan-  
quam nobis fide, & charitate armatis  
innocentiaque teste nocere minime  
valeat, nihilominus, vt est suapte ma-  
litiæ insolens, nullum finem facit tē-  
tandi nos, & externis, atque internis  
malis diuexandi. Quamobrem ora-  
mus, vt nos Deus ab illo liberare ve-  
lit. Cæterum, dicimus libera nos à  
malo, & non à malis, ob id quod ma-  
la quæ à proximis nobis contingunt,  
illi assignamus, tanquam autori, &  
impulsori, quo minus fratribus no-  
stris irasci debemus. Quin odium, &  
iracundiam omnem in Satanâ rei-  
ciamus oportet, à quo homines ad  
inferendam iniuriam excitantur. Vn-  
de orandum est obnixè, quando nos  
aliqua re proximus læset, vt nō mo-  
do nos liberet Deus à malis, quæ ho-

Nota.

mo nobis imponit, sed illum ex diaboli manu sua gratuita dignatione eripiat, cuius impulsu homines in fraudem ducuntur.

Illud autem vel maximè sciendum est, quod ex sententia doctorum sanctorum Basilij, & Augustini, necnō & aliorum, demon malus præcipuè dicitur, quod hominum culpe & sceleris sit autor, quo etiam ministro, utitur Deus, in repetendis pœnis à sceleratis, & facinorosis. Dat enim Deus omne malū hominibus quod illi peccati causa pariuntur. Huc pertinet quod Amos ait. Si erit malum iniquitate, quod dominus non fecerit. Quod de malo pœne intelligi oportet tantum. Et iterum, in Esaia legimus, ego dominus, & non est alter, formans pacem, & creans malū. Idque vir sanctus Iob haud ignorans postquam tot mala Satanas ei intulit, nihil honoris cruento inimico dare collibuit dicens. Demon igne oñes meas combusit, filios meos erexit

S. Basil.

Amos. 3

Esa. 45

Iob. 1.

cauit

cauit, sed contra immortales gratias Deo reddēs, sit ait. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut Deo placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. O fœlicem orthodoxum, qui in quavis calamitate, & temporalium diuitiarum iactura, tanti viri verba corde & ore protulerit. Verū caldei bonam ouium & iumentorum partē rapuerāt, verūtamen, nil contra illos loquutus est sanctus Iob, quānimo, Deo gratias agens, voluntatem eius contemplantatur, cui nemo obistere valet. Ad eandem imaginē, nos fratres, dum homines iniurijs lacerati sunt, incommodis afficiunt, mentis nostræ oculos in Christum Iesum dirigamus, sine cuius voluntate, nihil mali nos premere, aut vexare potest. Hæc sanè est philosophia orthodoxa, hæc sapientia cælica, quam nos habere vbique, ob oculos vehementer oportet. Imo saluator noster Pilato improbo respondit. Non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datum

Nota

Ioan. 19

datum

datum esset de super. Vnde non vulgare solatium electis Dei oboritur, certo certius scientibus omnia quãlibet atrocia, & amara Deo optimo disponente euenire. Equidem Satanas oniculam Iob tangere nequit, donec à domino potestatem accepit, tantum abest, vt animas electorum Dei suis technis, & anfractibus diuexare possit Deo optimo nollente.

*Gala. 5.* Sub hæc, cum nemo lædatur nisi à seipso, autore sancto Chrystostomo malum quod animæ nostræ reluctans solet, corpus ipsum est. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem, & hæc sibi inuicè aduersantur. Veluti Apostolus contestatur, & heu quotidie experimento agnoscimus. Ecce iuge & intestinum bellum. En fratres lucta inter pueros vterinos oborta. Mira res ante ortum preliari cæperunt, & in vtero matris manus inuicem conferebant. Oraculum cælicum autem audiamus, & audientes, opere cõple-

*Gene. Figura.*

mus. Maior ait dominus Rebecce orti, seruiet minori. Corpus terreum, quod primo generatur, spiritui qui secundum Deum creatus est, inferuiat. Agar Egyptia obediat domine sue Sare, ceu ratio ipsa deposcit. Vch improbo homini qui cum Salomone clamat. Omnia quæ desiderauerunt oculi mei nõ negavi eis. O stulte, an ignoras, quod nõ faciatur oculis visu, nec auris auditu? Ignis plane & infernus, & corpus, nõquam dicunt sufficit. Orationi ergo instandum erit & ex toto pectore acclamandum. Pater amantissime, & salutis nostræ atque victorie cupidissime. Libera nos à malo. Prebe triumphũ de hoste hoc, quod nobiscum gerimus, cum quo habitare cõpelimur. Oramus insuper, ne morte repentina opprimamur, ne ve iram Dei in nos concitemus. Ne forte quæ impios manent supplicia subeamus, aut igne purgatorij torqueamur. A quo vt alij fideles liberentur, pie & sanctè

*Eccle. 2.*

*Pro. 30.*



sanctè precamur quotidie.

**Luc. 11.** Quod autem Lucas non septem, sed quinq; petitiones posuerit, ratio est, quia tertia petitio videlicet fiat voluntas tua, velut repetitio est prime, & secunde petitionis, eã ob causam beatus Lucas illam omisit. Septima verò petitio in sexta includitur, nam idem est non induci in tērationem, quod liberari à malo. Hæc fusius tractat diuus Augustinus, in suo inquiridio Et Sanctus Thom. 22. q. 83, ar. 9. ad. 4. Tandem, oratione hac expleta iure optimo subnectimus. Amen. Quod apud hebræos significat, fiat, vel verum. Verbo hoc fidem nostram indicamus, fiduriã magnã habentes, quod ea quæ petimus accipiemus domino suffragante. Et sic finis orationis melior est principio.

**Eccle. 7** Equidem qui se exauditum iri credit non suis meritis fidens, sed benignitati Christi Iesu, qui hanc mirabilem orationem nobis reliquit, is nūquã patietur repulsam. Dicente Christo Iesu,

Iesu, & ore suo benedicto pollicente. Quicquid orantes petitis, credite & accipietis. Ecce verbum abbreviatum fecit Deus nobis, vti per Esaiam fuerat prophetatum, ideo hac calicula oratione diu noctuque vtamur in qua velut in limpido fonte quotquot in alijs orationibus continetur. Oremus inquam precationē hanc proferentēs, fide spe & charitate roborati, vt pater cælestis agnoscat verba vnigeniti sui, filius verò gratanter audiet orationem quam ipse instituit, dabitque quod postulamus credētes. Cui sit gloria & imperium cū patre & Spiritu sancto. Per cuncta secula. Amen.

*Esa. 10.*

*Orandū infatē.*

*IN FESTO ASCENSIONIS,  
declamatio octaua.*

**SACROSANCTA** mater nostra ecclesia fratres charissimi, secundum temporum varietatem, varia

**Canti. 5.** ria & exquisita à Deo optimo postulat. dona. Mirabile quidem dictu, toto adfectu, indefinenter aduentum regis regum sponsi sui Christi Iesu, fere quinque milium annorum tempore efflagitabat dicens. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum. Perinde dicat. Filius Dei factus homo ecclesiam suam inuisere dignetur, quæ hortus amenissimus est, & deliciarum paradysus, vbi fons ascendit de terra, & aqua munda sacri baptismi nunc emanat, corda fidelium irrigans atq; emundans. Vbi homines fideles velut cælestes arbores complantati sunt, quo fructus saluberrimos vere penitentię proferant. Veniat inquam sponsus meus, & homines quos ad suam imaginem, & similitudinem creauit cruore suo sacro, benedicta que sua morte redimat. Et sic pomorum suorum fructus valde suaues edere poterit. Nempe vt malorum poma fragrant, & ad vescendum suauiasunt, sic

**Nota**

sic

sic opera bona nostra fide & charitate facta summi numinis palato gratissima sunt, ac suauiissima. Nonne saluatore nostro iter agere cucurrit, cupiens in ficu illa fructum inuenire? Quippe quam, cum folia tantum habere cognouisset, ei maledicens, subinde exaruit. En quam esuriat dominus opera bona nostra, velut in typo illo nobis palam fecit. Quis faturus est angelorum, esuriit currens ad arborem illam semel, at bonorum nostrorum operum esuriem semper patitur. Videtis ni fallor, quam flagranti desiderio quodam sponsa orabat, aduentum sponsi sui vehementer cupiens, quo redemptionis opere patrato, homines qui vti oleaster steriles erant, in bonam oleam inserti, fructus ederent vberissimos. Nunc verò longe aliud sponsa precatur, dicens sponso suo. Fuge dilecte, assimilare capree, hinuloq; ceruorum super montes aromatum. Hoc est, abi, & cælos conscendens, super omnes

Matt. 21  
Mar. 11.**Canti. 3.**

X

mnes

mnes angelorum choros regalē tuū  
 thronum colloca. O sponsa pruden-  
 tissima, quorsum Christum Iesum  
 sponsum tuum, speciosum forma  
 præ filiis hominum abire rogas? Nō  
 Sapiē. 8. ne de eo scriptum est. Nō habet ama-  
 ritudinē conuersatio eius, nec te-  
 dium conuictus illius, sed lætitiā  
 & gaudium. Audite fratres, profecto  
 ecclesia sancta Spiritus sancti gratia  
 gubernatur, & ab illo edocta iam sa-  
 pienter, & vtiliter obnixē precaba-  
 tur, vt Christus Iesus fugeret, & super  
 omnes cælos ascenderet. Audierat  
 Ioan. 16 plane oraculum illud, Si enim non  
 abiero paraclētus non veniet ad vos  
 Si autem abiero mittam eum ad vos.  
 Eam ob rem sic orat abitū Christi &  
 nedum patienter, sed gaudenter fert.  
 Cui desiderio sponsus misericors Ie-  
 sus volens facere satis, recumbenti-  
 bus vndecim apostolis, apparuit, du-  
 ritiā illorum, qui eum surrexisse à  
 mortuis non crediderant. Deinde  
 eos misit in mundum, vt cunctis gen-  
 tibus

tibus sanctum euangelium predica-  
 rent, enarrans eis signa magna & por-  
 tenta, quæ credentes in eum patra-  
 rent. Quibus finitis, & expletis, as-  
 sumptus est in cælum, & ad dexterā  
 patris sedit. Ecce euangelij hodierni  
 summa. Nunc Christi Iesu auspicijs  
 explicare illud incipiamus, quo in se-  
 cunda parte declamationis huius,  
 nonnulla de historia mirabili ascen-  
 sionis, pro modulo nostro adduca-  
 mus. Lectio euangelij talis est.

Recumbentibus vndecim discipu-  
 lis. Apparuit illis Iesus, & increpauit  
 incredulitatem illorum, & duritiā  
 quia ijs qui viderant eum resurrexis-  
 se à mortuis, non crediderant.

Dimittenda nō est, dictio illa quæ  
 in textu ipso extat. Nouissime autē  
 recūbentibus vndecim. &c. Nam di-  
 uis Marcus complecturus euangeli-  
 cam narrationem, nouissimam ap-  
 paritionem, qua saluator post resur-  
 rectionem discipulis apparuit com-  
 memorat. Nec desunt qui die octa-

Mar. ca.  
 vlti.

no post resurrectionem apparitionem hanc factam fuisse afferant, quā iannis clausis Iesus intrauit, & Thome dixit noli esse incredulus sed fidelis. Quæ increpatio tacite ad omnes apostolos fuit facta, quibus ea quæ de resurrectione domini mulieres narauerunt, ceu deliramenta visa sunt, teste beato Luca. Veruntamen Marcus palā loquitur, & de nouissima apparitione, qua facta, statim ascēdit in cælum hic tractat. Itaque verbū hoc

**Lucæ. 24.** Marci alludit ad illud Lucæ. Et conuescens, precepit illis ab hierosolimis ne discederent. Siquis autem roget, cur recumbentibus apparuit, & non ipsis orantibus, quando mens eleuata est in Deum? Siquidem tempore uescendi iumētis affines sumus, nam leones & canes, & bruta animalia edunt ut uiuant. Nempe magna

**Dogma.** latitant documenta fratres, primo sic gestum est, ne efferamur, meritis nostris ascribentes, quod Christus Iesus nos solatur orantes. **Quin** & quā-

do ipse uult visitare solet dilectos suos, nunc in mensa sedentes, nunc manibus operantes, nunc deniq; lectulo decumbentes. Verum anima nostra tunc maxime dominum magnificat, ubi magnificentiam, & benignitatem domini hoc modo experitur. Huc attinet illud canticorum. Vox dilecti mei pulsantis. Surge propera amica mea, columba mea, immaculata mea. Quia caput meum plenum est rore, & cincini mei guttis noctium. Dixerat sanè paulo ante sponsa dum iret dormitū. Ego dormio & cor meum uigilat. Dormierat corpore uigilabat mente, & uide di sponsum desiderio ardebat. Vel si

**Nota** lubet, dicere possumus, quod saluator apparuit apostolis uidecim, nedum recumbentibus, sed orantibus. Quando quidem uiri iusti, nō in star iumentorum ad mensam accedunt, ut plerique conuiujs adsunt. Contra quos dominus ait. Veh qui mane surgitis ad ebrietatem sectandam. Ly

Canti. 5

Nota

Esa. 5.

ra & vinum, & tibi in conuiujs vestris, & opus domini non respicitis. Ecce quo dementie peccatores deuenierint, quippe qui, vt bellue cibaria sumant, mundi creatorem, & moderatorem haud considerantes. In quos inuehitur bene merito 'psalmista.

*Psal. 31.*

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. At contra pij ob oculos habent, illud saluberrimum dogma apostoli. Siue comedatis, siue bibatis, siue aliquid aliud faciatis, omnia in gloriam Dei facite. Attentius fratres documentum hoc considerate, quod profecto omnes probi obseruant, & in illo ceu in politissimo speculo sese intuentur. Cuncta opera verba, & cogitatus, ad gloriam Christi Iesu referentes. O vitam non terrenam sed caelestem, non hominum

*Matt. 18*

sed angelorum, qui semper videt faciem patris qui in caelis est. Hinc propheta iure optimo aiebat. Providebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne

*Psal. 15.*

com.

commouear. Notanter ait semper, commonescens nos, vt vbi que summi numinis memores simus, & inde sinenter eum laudemus, beneficia nobis impensa recolentes. Eodem pertinet quod alibi lucidius ipse protulit. Benedicam dominum in omni tempore, & semper laus eius in ore meo. Singula prosequi non possumus, quamquam energiam habeant magnam. Sat sit hoc scire charissimi, quod viri iusti etiam in ijs minimis que ad actiuam vitam expectant, orationem non amittunt. Et ideo apostoli ad mensam sedentes, edebant simul & orabant, gratias agentes inexhaustas Christo Iesu, e cuius manu victum accipiebant. Iuxta illud. Oculi omnium in te sperant domine. Et tu das illis escam in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione. Apparuit ergo illis saluator mundi recumbentibus, simul & orantibus. Tercio tandem dominus venit ipsis ve-

*Psal. 37.*

*Pf. 144.*

X 4 scienti-

scientibus, quoniam colibuit ei cum illis vesci, in die abscessus sui. Vnde pulchre ait diuus Gregorius. Comedit & ascendit, vt per effectum comestionis, patefceret veritas carnis. Postestatem quidem habet comedendi qui resurgens corpus immortale induit non autem necessitatem. Idcirco dominus non semel corā apostolis, postquam sua morte nostram destruxit, resurgensque comedit, vt sua resurrectionis argumenta exhiberet.

S. Thom. 3 p. q. 55. articul. 6. & de tempore quo dominus vndecim visittauit hactenus.

Et increpauit incredulitatem eorum & duritiam cordis. Iure exprobrat illorū tarditatem & ruditatem in credendo misterium ineffabile resurrectionis domini, post tot vaticinia prophetarum, & pollicitationes plurimas, quas saluator ante mortem suam fecerat dicens. Tertia die resurgam. Ad hęc Magdalene, & alijs sanctis mulieribus apparuit, &

cas ablegauit, vt nudarent apostolis sacramentum resurrectionis. Deinde duobus discipulis euntibus in Ematis, agnus fuit in fractione panis, teste Luca, necnon & Petro ipse apparuit. Veruntamen adhuc nō credebant, vt contestatur Marcus. O duritiam insignem & stupendam ignauiam, ne dicam stultitiam, eorū qui tot & tam perspicuis testimonijs fidē non dabant. Vnde benemerito dominus duobus discipulis dixit. O stulti & tardi corde ad credendum. En quam sit stultitia ingens hęreticorū nostrę tempestatis, & infidelium, fidei nostrę sacrosanctę veritatem abnegantium. Insipientes sunt, & stulti. De quibus Dauid. Simul stultus, & insipiens, peribunt. Que obsecro maior stultitia, quam Christo Iesu, qui veritas & via & vita est, non credere? O stulti aliquando sapite, clamat idem vates. Duritiam cordis vestri deponite, mendacium cui hactenus adherentes per tot errores gra-

Luc. 24.

Mar. 16.

Luc. 24.

Psal. 49

Psal. 93.

Hęretici

diebamini abiicite, & quam primū  
fidem illibatam ecclesiæ amplexan-  
tes, in Christum Iesum credite, eum-  
que augustissime venerantes diligi-  
te. Alioqui in geenam ignis euntes,  
pœnas dabitis æternas, quoniã scri-  
ptum est. Cor durum in nouissimo  
male habebit. Et rursus. Reuelabo  
stultitiam eorum. Quod planè tum  
in die mortis, tum etiam in extremo  
iudicio fiet, ne impune obstinati, ma-  
la se fecisse existiment. Obseruandū  
vero hic est quod increpatio, non te-  
tigit Ioannem, qui extemplo, vt lin-  
teamina vidit in sepulchro credidit,  
nec Petrum, cui ipse dominus indul-  
gentissimus dignatus est apparere.  
Ergo alios increpauit, qui in die pas-  
chatis credere nolebant, mulieribus  
sanctis, nec Petro, neque Cleophe &  
socio eius, qui Christum suscitatum  
viderunt, veluti Marcus testis est. Cę-  
terum diui Augustini opinio plus  
mihi arridet, forte exprobratio hæc  
contra alios discipulos inibi astan-

tes facta est, qui apostolis videntibus  
Christum Iesum suscitatum adhuc  
non credebant. Ratio, quia vndecim  
post tot signa, & argumenta nullate-  
nus de resurrectione dubitabant. Di-  
cente Matthæo. Aperuit illis sensum  
vt intelligerent scripturas. Si ergo  
scripturas intelligebant, misterio re-  
surrectionis credebant, & eam ob rē  
exprobratione digni non erant. At  
qui, hinc elicere licet, quam sint in-  
crepandi, qui impostores iniquos se-  
quuntur, à veritate quidem auditū  
auerrentes, ad fabulas conuertuntur.  
Desinant iam per abrupta errorum  
gradi, & ecclesiæ sanctæ Romanę ad-  
hereant, quippe quæ autore Paulo,  
coluna est, & firmamentum veritatis  
Vos charissimi cauate, & summo pe-  
re vigilate, ne forte in aliquo vestrū,  
cor malum incredulitatis sit, vt ad-  
monet apostolus. At quia saluator  
agnus Dei māsuetus est, postquā nō  
nihil durius loquutus fuerat, statim  
blande apostolos alloquitur dicēs.

Euntes

Eccle. 3

Osee. 2

Ioan. 30  
Luce. 24

S. Aug.

Nota.

Matthæ.

1. Tim. 3

Hebre.

**Text.** Euntes in mundum, predicatē eu-  
gelium omni creaturæ.

Apostolos suos mittit, vt euangeli-  
zare valeant, nam quomodo predi-  
cabunt nisi mittantur? Veh illis qui  
sumunt sibi tantum honoris, nō vo-  
cati tanquam Aarō. Veh iterum, de  
quibus ira succensus ait dominus:

**Hier. 23.** Ipsi currebant, & ego non mittebam  
eos. Tales sunt procaces hæretici,  
quos non Christus, sed antichristus  
mittit, ad illaqueandas animas, &  
decipiendas. At contra saluator ait.  
Ego posui vos, vt eatis, & fructum af-  
feratis, & fructus vester maneat.

**Ioan. 15.** Quod autem in totum orbē eos mi-  
serit, non tam ad illos, quam etiam  
ad eorum successores dictum est. Nō  
quidem duodecim potuerunt vni-  
uersa mundi climata lustrare, & vbi-  
que terrarum regnum Dei annuntia-  
re. Eam obrē illud psalmi, in omnē  
terram exiuit sonus eorum, non mo-  
do de apostolis intelligi oportet, sed  
etiam de successoribus eorum. Præ-  
terea

**Psal. 18.**

terea, dum eos in vniuersum mun-  
dum ire iubet, libertatem mirabilē  
euangelij subindicat. Mira res, ante  
saluatoris aduentum in psalmo legi-  
mus. Notus in Iudæa Deus, in Israel  
magnum nomen eius. **Quin** & ante  
morrem domini dictum est aposto-  
lis. In viam gentium ne abieritis, &  
in ciuitates Samaritanorum ne in-  
traueritis, sed potius ire ad oues quæ  
perierunt domus Israel. Nunc verò  
vice versa ait. In vniuersum mundū  
euntes euangelium prædicate. Signā  
ter ait euangelium, non somnia &  
vestra, & inuentiones vestras. Con-  
tra quos regalis propheta inquit.  
Narrauerunt mihi fabulationes, sed  
non vt lex tua. Neque fas est, in hoc  
verbo euangelium, ea quæ quatuor  
euangelistæ scripsere tantum intelli-  
gi. Imo vniuersam scripturam verbū  
hoc complectitur, eo quod Spiritu  
sancto inspirati, locuti sunt sancti  
Dei omnes. **Quin** & apostolus do-  
ctam inam quam gentibus propinabat,  
euange-

**Mat. 10.**

**Psal. 118**

**Nota**



euangelium suum appellat. Mirabile dictu, vt prædicatio euangelij expeditius, & agilius curreret per vniuersum orbem, pax facta est, in initio nascentis ecclesiæ sub Augusto imperatore. Etenim iam iam per sanguinem suum Christus pacificauerat, quæ in cælis & quæ in terris sunt faciens vtraque vnum. Omnis creatura homo est, vti pulchre Beatus Gregorius probat, quoniã virtus cuiusuis creaturæ in eo est. Itaque virtualiter omnis creatura est ipse homo habens quid commune cum omni creatura. Quo circa sapiens ille absq; Aristot. Christodixit. Homo, Microcosmos Hoc est, paruus mundus. Eodem pertinet quod sapiens dixit. Dedit illi Sap. 10. virtutem continendi omnia. Hoc de creatione primi parentis scriptum est. Prædicandum est euangelium cunctis hominibus absque delectu, dandum est eis hoc bonum nuncium, siue Israelite, siue barbari. siue diuites siue pauperes sint. Nam quod Deus creauit

creauit in illis inspiciendum est, non mala quæ ipsi, perperam fecerunt. Non est iam distinctio græci & iudei Rom. 10 sed idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Cæna magna est regnū Dei, omnes conuolent cuiusuis conditionis sint. Omnes ab vno domino creati sunt, & omnes à Christo Iesu redempti; omnes hoc thesauro potiãtur. In Mat Matt. 23 thæo habetur. Euntes baptizate eos, docentes eos seruare, quæ præcepi vobis. Obmuteſcant iam oportet omnes hæretici, qui perfricata fronto dicunt, tantum crede, & saluus eris. O execrandam cecitatem, filius Dei ait. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, illi verò ceci, & duces cæcorum contra clamitant, habe fidem & factis est, nihil mandata efficiunt. Nem Iacob. 1 pe fides sine operibus mortua est. Quis autem fructus sit fidei, quæ per dilectionem operatur sequentia ostendunt.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit Text. saluus

saluus erit. Qui verò non crediderit  
condemnatur.

Heb. 10 Quam sit necessaria fides palā apo-  
stolus contestatur. Sine fide ait im-  
possibile est placere Deo. Itaque fru-  
stra quis opes suas pauperibus largi-  
tur, frustra ciborum parsimonia car-  
nem suam castigat, aliaque id genus  
bona moraliter agit, in infidelitate  
persistens. Vnde dominus ait. Qui  
non credit iam iudicatus est. Vera  
nāque est illa sententia philosophi.

Aristot. Oportet addiscentem credere. Si ergo  
ad scientiam humanam capeſſendam,  
fide magistri sui indiget, quan-  
to magis homo verbis Dei credere  
debet, vt ad perfectam visionem bea-  
titudinis deuenire queat? Nempe  
perfectio rationalis creaturæ, nō so-  
lum sita est, in eo quod ei conuenit  
secundum suam naturam, sed etiam  
in eo quod ei attribuitur supernatur-  
ali perfectione diuinę bonitatis. Et  
quia beatitudo hominis in visione  
supernaturali Dei constat, ad quam

Nora

ascen-

ascendere non valet nisi per modū  
adiscentis à Deo doctore, ideo fide  
indiget, alioqui beatus non erit. Huc Ioan. 5.  
attinet illud. Omnis qui audit à pa-  
tre, & didicit, venit ad me. S. Thom.  
22. q. 2. ar. 3. Ecce quam opus habea-  
mus fide in hac vita. Veruntamen  
quia fides non sufficit, nisi quis sacri  
baptismatis vnda abluatur, vbi com-  
mode fieri potest, statim saluator sub-  
nectit, & baptizatus fuerit saluus  
erit. Vbi Theophilatus. Non enim  
sufficit credere, nam qui credit, & nō  
est baptizatus, sed cathecuminus nō  
dum est perfecte salutem adeptus.  
Allusio est ad illud. Nisi quis rena- Ioan. 3.  
tus fuerit ex aqua & Spiritu sancto,  
non potest introire in regnum Dei.  
Est sane baptismum sacramentum ne-  
cessarium in ecclesia Dei, adeo vt  
qui illud spreuerit miserime pereat  
Forma huius sacramenti instituta est  
à Christo. Ite baptizantes eos in no-  
mine patris, & filij & Spiritus sancti. Mart. 28  
Quod autem apostoli aliquando ha-

Y

priza-

baptizarent in nomine Iesu Christi, consilij propensioris actum est, ne nomen hoc benedictum exosum homines haberent. Quo diulgato ecclesia redijt ad formam per Christum datam, qua hodie vtitur. O mirabile summi Dei largitatem & benignitatem, à paruulo recenter nato vsque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibitus à baptismo, ita nullus est qui in baptismo non moriatur peccato. Hinc apostolus inquit. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Vt quomodo Christus resurrexit per gloriam patris, ita & nos in nouitate vite ambulamus. En fons salutaris vbi veteris hominis exuias deponimus, fidem, charitatem, & spem, omnesque virtutes induentes pulchriores sole, & candidiores niue euadimus. Lauit sane Christus Iesus in hoc lauacro vitæ sponsam suam, non habentem maculam

Rom. 6.

S. Th. 3.

p. q. 69.

ar. 4.

culam nec rugam, vt Paulus recenset. Nec non qui filij ire eramus, inibi filij Dei facti hæredes sumus Dei, coheredes autem Christi: in cuius typo, baptizato domino, aperti sunt cæli, & vox patris intonuit dicens. Hic est filius meus dilectus. Sic in baptismo filius Dei quis efficitur, & regni cælorum hæres constituitur, modo fide non accedat. De pueris verò quippe qui, doli capaces non sunt, librum quendam edidit diuus Augustinus lectu dignum. Verum sanctus Dionysius. c. vlti cælestis hierarchie ingenue fatetur, affirmatiuam partem dicens. Diuini nostri duces apostoli probauerunt infantes recipi ad baptismum. Imo necessarium fuit pueros baptizare, nam sicut per Adam damnationem incurrunt nascendo, ita per Christum salutem consequantur renascendo in baptismo. Quid quod adolescens iuxta viam suam, Salomone teste, etiam cum senuerit non recedet ab ea? Quam ob causam

Eph. 5.

S. Aug.

Pro. 12.

maxime expediens fuit pueros in tenera ætate baptizari, vt à cunabulis nutriti, in ijs quæ ad christianam vitam expectant, firmiter persistant. S. Thom. 3. p. q. 68. arti. 9. idque defuriosis, & amentibus asserendum est, potissime si lucida interualla habent in quibus recta ratione vti non poterunt. Vnde sanctus Augustinus libro. 4. confessionum narrat de amico suo, qui cum desperaret baptizatus est nesciens, & tamen baptismus efficaciam habuit. Atqui, ne quis cogitare possit hoc esse consilium cui premium tam excellens promittitur, iam indicat præceptum esse cum ait. Qui verò non crediderit condemnabitur. Perinde dicat, in geenam ignis cruciandus mittetur. O verbù valde terribile, condemnabitur. Nempe horrèdum est incidere in manus Dei viuentis. Obseruandum quod non iterum dixit, qui non crediderit & baptizatus non fuerit condemnabitur. Ratio, quia credenti baptismus

aque

aque sufficit in affectu quando tempus deest baptizandi. Sanè latro pēdens in cruce baptismum non accepit nihilominus audire meruit, à rege gloriæ. Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Hinc theologi triplicem dicunt esse baptismū, aque videlicet, flaminis & sanguinis. Plurique martires in Christum Iesum credentes in sanguine suo baptizati fuere, & brauium æternæ vitæ acceperunt. Scotus. 4. d. 5. An pueri infidelium baptizandi sint parentibus indist. 5. uitis, varia est opinio. Doctor subtilis asserit quod principi christianò hoc licet. Ratio, quia plus dominij habet Deus super pueros quam patres. Fauet huic assertioni concilium Toletanum. 45. di. commendat fisebutum tanquam principem religiosum, quia infideles cogit ad fidē Scotus. 4. d. 5. q. 7. sequitur iam quāta sit virtus fidei in patrandis miraculis.

Signa autem eos qui crediderint

Y 3 hæc

Nota.

Luc. 24.

Scot. 4.

indist. 5.

Có. To.

**Text.** hæc sequentur . In nomine meo demonia eijcient , linguis loquentur , nouis , serpentes tollent . Et si mortiferum quid biberint non eis nocēbit . Super egros manus imponēt , & bene habebunt .

**Miracula.** Nimirum qui cælestem & supernaturalem doctrinam mundo prædicabant , tali virtute miraculorū indigebant , vt operibus miris , & insolitis cælicam philosophiam eam esse facile suaderent hominibus . Nunc

**S. Aug.** verò quando vbique terrarum Christus Iesus est agnitus , & fides sancta stabilita atque fundata , neutiquam hisce indigemus portentis . Vbi sanctus Augustinus . Cum enim ecclesia per totum orbem diffusa , atque fundata sit , miracula ista in nostra vsque tempora durare permissa non sunt , ne anima semper visibilia quæreret , & eorum consuetudine frigeret genus humanum , quorū nouitate flagrauit . Videris quam sit dominus munificus , quantanque gratiam

tiam nobis orthodoxis præstet , signa hæc auferendo , ne dum plus nimio visibilibus signis vacamus , ea quæ æterna & inuisibilia sunt contemplari dimittamus . Ad hæc , ecclesia vbi paruula erat & tenera , miraculis nutrienda fuerat , teste diuo Gregorio , quia & nos dum arbuta plantamus , tam diu eis aquam infundimus , quo vsque in terra conualuisse videamus . At si semel radices fixerint , irrigantur quidem , sed non ita frequenter . Pulcherrima nifallor allegoria hæc est , eo quod sancta ecclesia in canticis assimilata est palmæ , dicēte spōso . Statura tua assimilata est palmæ . Quippe que , post tot annorum curriculum , palmites suos extēdit à mari vsque ad mare , & à flumine vsque ad terminos orbis terrarū , quemadmodum propheta regalis vaticinatus fuerat . Signa autem quibus maxime nunc indigemus , opera sancta sunt , quorum inspectione , fideles allectemus , ad vitam candidam , & im-

S. Greg.

Collatio

Canti 7

Nota.

maculatam sectantes. Ita est, quod diuinitus homini miracula facere datur ad confirmandam veritatem quam docet, & quia ea quæ sunt fidei humanam excedunt rationem, non possunt per rationes probari. eam ob causam, oportet quod per argumentum diuinæ virtutis probentur. Itaque miracula, ceu sigilla regalia sunt, quibus inspectis creditur ex voluntate regis fore. quod in illis literis continetur. S. Tho. 3. p. q. 43. arti. 1. Denique gaudeamus, & exultemus omnes fideles, quoniam potentis ad credendum opus non habemus. Apostolo acclamante. Signa data sunt infidelibus, non fidelibus. necessitate ergo imminente, orthodoxi virtute fidei demonia eijcient. Imo si habuerint fidem sicut granum sinapis, dicent monti quamlibet magno transi, & extemplo transibit. Sic Christus promisit apostolis. Nihilominus gratia gratis data est, miraculorum operatio quæ nihil prodest homini,

Collatio

1. Co. 14

Matt 17

mini, nisi charitatem habeat. Apostolo dicente. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem non habuero, nihil mihi prodest. Nempe discipuli Christi in nomine Iesu dæmonia depellebant, & velut stupefacti saluatori hoc narrabant. Linguis loquentur nouis. Hoc palam est in actis apostolorum. Loquebantur quidem varijs linguis magalia quæ Christus fecerat. Serpentes tollent. Idque de vipera quæ momordit Paulum conspicuū est, quæ ipse proiecit in ignē illesus manēs. Siquid mortiferum biberint non eis nocebit. Hoc de beato Ioanne euangelista legimus, is venenum ebibens nil nocimenti sensit. Super ægros manus imponent & bene habebunt. Miranda res nedum manus super infirmos ponentes infirmitatem omnigenam effugebant, sed umbra Petri ægrotis incolumitatem præbebat, iuxta illud. Qui credit in me opera quæ ego facio & ipse faciet, & maior

1. Co. 15

Acto. 18

Acto. 5.

Ioan. 14

ra horum faciet. Quid plura? Hæc omnia spiritualiter in sancta ecclesia fieri non ignoramus, vt pulchre sanctus Gregorius testatur.

Enim verò cōcionatores verbi Dei euangelicam doctrinam populo explicando, demonia eijciunt de cordibus impiorum, & pectora quæ antea habitacula erant dæmoniorum, templum Spiritus sancti virtute verbi Dei efficiuntur. Cecidit cecidit Babilon illa magna, & facta est habitatio dæmoniorum. Vbi beatus Iohannes cuiusuis animæ peccatricis infelicitatem grafcie describit. Nonne saluator noster septem demonia ex  
 Apo. 18. Magdalena depulit, veluti Marcus cōtestatur? Vniuersa delictorum genera, & scelerum coluiē septenarius numerus signat, diuo Basilio autore. Idque confessor pœnitentem absolvens sanè quotidie summo operante numine operatur, quod de efficacia verbi Dei diximus. Sacerdotibus dicitur: axat dominus mirabilem hanc dignitatem

gnitatem exhibuit, vt quorum remiserint peccata, eis remittantur. Et Ian. 20. quorum retinuerint retenta erunt. Nec non per exorzismi gratiam, manus obsessis à diabolo imponunt, & subinde demones effugiunt, vt experimento agnouimus. Atqui, linguis nouis loquuntur omnes fideles qui secularia, ac prophana verba relinquentes, nullatenus terrenâ, sed cælestia cogitant, & sermonibus candidis quæ æterna sunt bona personant cum Dauide dicentes. Benedicā dominum in omni tempore, & semper laus eius in ore meo. Et iterum. Laudationem domini loquetur os meū. Nonne hæc mutatio dextere excelsi est? Serpentes etiam tollunt qui sanctis monitis de cordibus alienis malitiam auferunt. Siquidem odium in proximum, inuidia, & alia huiusmodi scelera serpentes sunt venenati, corrodes viscera improborum. Qui autem illis suadent, vt omnem iram deponāt contordiamq;

Psal. 33.

cum fratribus suis seruent, ij serpentes tollunt omni vipera peiores. De quibus dominus in euangelio ait. **Matt. 5:** Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Merito beati, & pacifici nuncupantur, quia non modo sibi, sed alijs pacem conciliant. Quam maxime princeps pacis nostrae Christus orthodoxis suis commendauit. Mortiferum bibunt, lethales persuasiones audientes, qui fide freti, non tamen eis acquiescunt, nec ad praua opera pertrahuntur. **Psal. 118** Ij laudantes Deum cum regali citharedo aiunt. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Quippe que sancta est & immaculata, animas ob suam mirabilem pulchritudinem, ad se conuertens. Denique, super aegros manus imponunt & salutem eis prestat qui fratres suos in bono opere infirmari conspiciunt, suo vero exemplo eos roborant, & in via virtutis, quae arcta est stabiliunt, ne ubi manum ad aratrum miserunt, animum despondentes

dententes retro aspiciant, ad quos clamat dominus dicens. Memerote uxoris Loth. Ecce Deus misericordiae parens mulieris illius typum ob oculos nostros ponit, ne quod ipse auertat ira succensus inconstantiam nostram simili poena plectat. Haec mirum miracula tanto maiora sunt quanto spiritualia, & quanto per haec non corpora putredini obnoxia, sed animae summi Dei imagine decoratae fanantur, & ceu ex mausoleo peccati suscitantur. Et de sacra euangelij lectione haecenus. Nunc ad festum admirabilis ascensionis Christi Iesu veniamus.

Luc. 17.

*Secunda pars declamationis.*

**D**OMINVS Iesus a. Pars. postquam loquutus est eis, assumptus est in caelum, sedetque a dextris Dei. Quid fratres mei de



de hac præcellenti celebritate ruditas nostra fari poterit? Nempe rei huius magnificentia omnem superat intellectum, vt sancti Cipriani verbis vtar. Imo si quis hominū, angelorūue linguis loquatur, vel ad hoc cuiuslibet elaboret acumen ingenij, vt definire velit diei huius excellentiam & dignitatem, partem centuplam explicare haud poterit. Magna sanè & ingentia sunt, quæ nos in contemplatione tante solemnitatis sentit affectus, exigua, & parua quæ arundineus foris dicitur calamus. Veruntamen, quia omnino tacere in tam mirabili festiuitate nequeo, vel balbutientis more nonnulla quæ tanti festo commoda sunt, nunc explicare domino opitulante enitar. Dominus Iesus postquam discipulis suis multa ac præclara loquutus est, assumptus est in cælesti Ex sacrarū literarū penu iam aliqua afferamus testimonia ascensionis Christi Iesu. Primus testis tanti misterij sit Moses, qui in cantico suo ait. Sicut

Exo. 15

aquila

aquila prouocās filios suos ad volandum, & super eos volitans, assūpsit eos in humeris suis. Sanè Christus Iesus aquila ea est magnarū alarū, veniens ad libanum, & deferens medullam cedri, asportans eam, in ciuitatē negociatorū. Hęc Ezechiel de rege Caldeorum ad literā dixit, nos verò de Christo Iesu rege regum & domino dominātū ea dicere possumus. Aquila grādis est, quia æqualis patri cælesti, & ideo verus Deus. Magnas alas habet qui omnia nouit, & omnia possidet, cūctaque potest. Sub has alas nos abscondamus oportet, potissime calamitatis tēpore, cū propheta regali dicētes. Subvmbra alarū tuarū protege nos à facie impiorū qui nos affligerūt. Plena plumis & varietate est, eo quod Deus sit & homo, vtriusque nature virtutes habens. Cuius membra tam sunt pulchra & magna, vt omnes sancti in Christo sint electi, & prædestinati. Vnde Paulus ait. Qui elegit nos in ipso ante mundi consti-

Figura.

Ezec. 17

Psal.

constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati. O mira & vehementer admiranda pulchritudo, & varia species sanctorum, patriarcharum, apostolorum, martyrum, confessorum, & virginum. Hæc utique sunt membra decora valde, quæ adhærent tam nobili capiti. Hæc itaque aquila, scilicet filius Dei, venit ad libanum. Ad virginem almam Mariam, quippe quæ tam est pura, & ab omni delicto aliena, vt libanum, id est candidatio appellari possit. Ex hac medulla cedri accepit, vbi opere sancti spiritus conceptus, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. **Quam** quidem medullam asportauit in ciuitatē negotiatorum. Nempe hæc vita, & exilium in quo viuimus negotiatores nos constituit Christus, qui ore suo sacro ait. **Negotiamini** dum venio. **Ac** si patenter dicat, mandata mea implentes, vobis thesauros in celo reponite, vt locupletes sitis. **Vel** si lubet, ciuitas negotiatorum Hierusalem mater

Virgo  
Maria.

Ioan. 1.

Notā

mater nostra quæ sursum est appellatur, in qua hodie super choros angelorum carnem nostram collocauit, ad dexteram patris sedens. Vbi partes aduocati gerens, nos intuetur, in bello quod gerimus roborans, & triūphalem nobis gloriæ coronam, post hanc viram præstans. **Aduocatū** habemus apud patrem Iesum Christū iustum, ait beatus Ioannes. Ipse est intercessio pro peccatis nostris. Non plene dum fuit moriens in cruce tantum, sed semper est intercessio profccleribus nostris patri vulnera ostēdens, quibus plagatus fuit, in domo eorum qui eū diligebant, veluti ipse contestatur.

Hæc itaque aquila vt pulchre Moyses dixit super filios suos volitans, aspectantibus apostolis in monte Oliueti in nube lucida ascendens, prouocauit eos ad volandum. Ita vt iam spe fulti, dum regem suum volare super æthera cernunt, illuc ascendere incunctanter confidant. **Assumpsit**

eos in humeris suis, illorum curā gerens, adeo vt breui admodum spiritum sanctum eis mittat, qui mentes eorum illuminet, succendat, & inflāmet corda illorum. Aut si malumus filij huius aquile, sancti patres sunt, quos ipse eduxit in sanguine suo, de lacu in quo nō erat aqua. Hos excitauit ad volandum, nam veluti in nidulo, longo iam tempore fuerant, limbum inhabitantes. Hos inquam in humeris suis fert, quoniam virtutem illis largitus est, vt ad cælicam aulam conscendant, & felicitate perpetua fruantur. Quandoquidem, vt Basiliius magnus ait explicans illud psal. mi. Vox domini preparantis ceruos quemlibet sanctum, aquilā iure appellari faterur. Ratio, quia arrecto incedat ac sublimi animo, & à terra longius distet. Agite vos fratres qui filij huius aquile estis, & perspicaci visu fidei ea que aterna sunt bona irreuerberata acie cōtemplamini, agite inquam super visibilia queque ad-

volantes, post Christum Iesum conscendite. Ipso dicente. Vbi fuerit corpus illuc congregabuntur & aquile.

Cæterū, quanto affectu Dauid propheta hunc solemnem diem expectarat, quantoque desiderio flagrabat, vt saluator cælos ascenderet, precatio illa palam ostendit. Exaltare domine in virtute tua, cantabimus, & psalemus virtutes tuas. Mirabile dictu vnum postulat & alterum pollicetur. Petit obnixè, vt Christus morte iam expūcta, & victoria de Sarana & inferno parra, super astra conscēdat, non aliena, sed peculiari virtute. Profecto raptus est Enoch vir sanctus, sed angelorū subsidio in paradysum fuit translatus. Helias propheta egregius currū igneo sublatu cælestium spirituum ope ascendit. At saluator noster longe aliter virtute diuinitatis inhabitantis super omnes cælos volauit. Imo quorū sancti cū rege nostro ascenderunt, Christi Iesu adiutorio sulti hoc potuerunt. Itaque sicut

Psal. 20

Gene. 5.

4. R. c. 21

Zachar.

S. Bas. in psal.

ti propria surrexit virtute, & sua morte mortem superauit, ita è terris ascendit in cælum nõ extranea, sed tua virtute. **Quod** planè ipse antea non tacuit, sed apostolos exortans dixit. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Perinde dicat. Propria virtute præter me, qui à patre exiui, in patre semper manēs, nemo in cælum ascendere quibit. Iesu bone, tu solus viam nosti, qua ad patrem redires, negotio iam peracto nostræ redemptionis, ad quod missus fueras. Cæteri verò illuc conscendere, haud valebunt, nisi membra tam nobilissimi capitis, fide, & charitate fiant. Rursus tam iudæis, quam apostolis hoc mysteriũ dominus nũciauit hisce verbis. **Quo** ego vado vos nõ potestis venire, aut me sequi. Verum hoc priuilegio insigni aliorũ nemo omnino gaudere potuit, nisi qui naturalis & cõsubstantialis filius est patri cælesti. Is tanto melior angelis est effectus quãto differen

ferentius præ illis nomen hereditauit. Illi administratorij spiritus sunt, hoc est nuntij, Christus verò longe dissimili appellatione nominatur, cui pater ait Filius meus es tu, ego hodie genui te. **Quid** multis immoror? Hunc celeberrimum diẽ ipsemet vates David sæpius decantarat. Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. **Quid** ita? Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Niffalior, tunc eleuata est super omnes cælos magnificentia Christi Iesu, quando hodie super altitudinem cælorũ ascendit. Et iterum quasi nuntius & precursor domini ascendentis ad angelos clamat. Attolite portas principes vestras, & eleuamini porte æternales, & introibit rex gloriæ. Ac si dicat. O principes excelsi, ò nobiles angelici spiritus redeuntem cum victoria Iesum filium Dei ouantes suscipite. Aperite in altum, & latum habitationis vestræ portas. Et vos porte

æternales beatę mansionis huius, nūquam confringendæ, eleuamini in altum, & latū aperiamini. Est enim id modis omnibus equissimum, ut iā ad vos principes, & per vos portas ingrediatur rex ille gloriosus Christus Iesus, peracta militia, & accepta victoria, iuxta patris mādaturum, regnū in ciuitate uestra suscepturus, & in ea regnaturus in secula. Quis est iste rex glorię, aiunt angeli? Dominus fortis, & potens dominus, potens in prelio. O quam fortis in tollerandis opprobrijs, & flagris sustinēdis, quę que potens in profliganda morte, & expoliando limbum, fuit rex noster Christus. Huc attinet quod in alio psalmo cecinit idem propheta. Regna terrę cantate Deo, psalite domino. Psalite Deo qui ascendit super occasum dominus nomen illi. Super occasum ascēdit saluator, qui mortem resurgendo superauit, & ad vitam immortalem non ultra moriturus transiit. Deque morte, & mor-

Nota

Psal. 67.

tis principe diabolo gloriosum retulit triumphum. Nec non ad Orientē ascendit, ut aibi David contestatur, quia super omnes cęlos, ad patris dexteram, locum dignissimum delegit. Vbi perpetua processione à patre exoritur tanquam lumen immensum, de immenso lumine oriens.

Egregius propheta Micheas eodē spiritu afflatus, mysterium hoc pulcherrime nobis depingit. qui fidelē populum alloquens ait. Congregatione congregabo Iacob, totum te, in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum. Ecce fidelium collectio sanctę ecclesię Romanę, quippe que prius militans. posterius triumphās in cęlo erit. Mira res causam huius cōgregationis fidelium subnectēs ait. Ascēdit pandens iter ante eos, diuidet, & transibunt portam, ut transeant greges. Quis obsecro is est qui ascendēs pandit iter ante greges, & aperiens

Micheas

portam, nisi tu Iesu optime, qui à sta-  
tu mortalitatis transiens, ad statum  
immortalitatis, iter fecisti electis tuis  
Tu portam nobis reſerasti, per quam  
ad gloriam sequite valeamus, per quã  
tu prior ascendisti. Tu mitissime rex  
caput gregum per excellentiam dice-  
ris, de quo Paulus testatur. Ipse est ca-  
put nostrum, nosque membra eius.

Rom. 8. **Q**uin & tu Iesu dulcissime, primoge-  
nitus in multis fratribus, & quidem  
recte, tu primitie dormientium dice-  
ris, eo quod vnigena filius Dei sis, ce-  
teri verò adoptione sunt filij, nō na-  
tura, quique solus dicere vales, pater  
mi si vis transfer à me calicem hūc.  
Nos autem non ita, sed orantes iure  
optimo clamamus. Pater noster qui  
es in cælis, sanctificetur nomen tuū.  
Sic tu magister noster sapientissime  
orandum esse nos docuisti. Vos dile-  
ctissimi fratres inexhaustas Christo  
Iesu gratias agite, qui iter cælicū no-  
bis hodie pandit, paradisi portã ape-  
ruit, ne post hac quis timore percul-  
sus

sus respondeat animum hinc diuſ  
Augustinus audacter asseuerare au-  
det. Ibi regnare me credo, vbi portio  
mea regnat, in Christo Iesu securus  
respiro, qui sedet ad dexteram patris  
& interpellat pro nobis, in quo re-  
surreximus, & iam in cælestibus con-  
sidemus. Dicente apostolo. **Q**ui con-  
sidere nos fecit, in cælestibus, in  
Christo.

Sed iam opere preciū erit post tot  
testimonia veteris instrumenti addu-  
cta, viam scire qua saluator noster Ie-  
sus ascendit in cælum, vt illa agnita,  
toto pectoris affectu conemur eadē  
vi gradientes cum ipso ascendere.  
Quandoquidem fratres, eo surrexit,  
vt & nos cū ipso surgamus, & in no-  
uitate vitæ ambulemus, ceu aposto-  
lus commonefacit. Itidem, eatenus  
in cælum conscendit, vt & nos cum  
ipso ascendamus. **Q**uocirca ait San-  
ctus Augustinus. Hodie Christus as-  
cendit in cælum, nō ergo turbemur  
in terra. Ibi sit mens, & hic erit re-  
quies.

S. Aug.  
lib. ma-  
nu. ca. 13

Nota

S. Aug.

quies. Ascendamus interim corde,  
ut cum dies promissus advenit, se-  
quamur & corpore. Ascendamus cum  
illo fratres, & sursum corda habea-  
mus. S. Augustinus sermone. 3. ascen-  
sionis. Verum Salomon alioqui sa-  
piens, & cælesti philosophia valde  
eruditus, adeo, ut ipso teste, precede-  
ret sapientia omniscis qui fuerunt an-  
te eum, viam aquile in cælum valde  
difficilem scitu profiteretur. Quartum  
ait, penitus ignoro, tria verò sunt  
mihi difficilia. Sanè viam viri in ado-  
lescentula nemo scire potest, nisi ce-  
litus ei sit reuelatum. Hoc est, quo-  
nam modo Deus optimus in sacro-  
sancta virgine Maria, carnem nostram  
tot calamitatibus obnoxiam assump-  
serit, nisi fide illibata quis credat, et  
ratio humana stupet. Rursus viam na-  
uis in medio mari, idest candidam  
Christi Iesu vitam, & omnium virtu-  
tum numeris absolutissimam, quis  
intelligere queat, nisi fidei sacre col-  
lum iubens submittat? Transitur fa-  
ne

S. Aug.  
ser. 3. al.

Pro. 30.

ne naus hæc, mundi huius fluctus,  
benefaciendo & sanando omnes op-  
pressos à diabolo. Ita ut nec guttula  
peccati eam tangeret, quique incun-  
ctanter hostibus suis dixit. Quis ex  
vobis arguet me de peccato? Talis  
plane decebat, ut esset nobis pōrifex,  
innocens, impolutus, segregatus à  
peccatoribus, & excelsior cælis fa-  
ctus. Sub hæc, via illa mirabilis, & fa-  
tis difficilis est homini, etiam si per-  
spicaci fulgeat intellectu, qua colu-  
ber noster Christus, qui serpentem  
cruentam deiecit, gradiebatur super  
petram, lapide magno superposito,  
è mausoleo resurgens. O viam stupē-  
dam, & vehementer mirandam, de  
qua etiam discipuli, sepe numero ad  
moniti sic dubitabant, ut sublatum  
de monumento existimarent magi-  
strum, qui morte absorta, & zabulo  
superato, gloriosus surrexerat. Quin  
& sapientes philosophi, Paulo pre-  
dicante Christi Iesu resurrectionem,  
præsus demirati Athenis exclamauerunt.

Acto. 10

Ioan.

Acto. 17

**N**ouorum demoniorum videtur esse annuntiator. Denique viam aquile in cælum penitus humana mens ignorat, nisi lumine fidei sit illustrata. Vos nunc charissimi attentius mirabilem ac subtilem ascendendi normam audite. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia descendit primum, in inferiores partes terræ. Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia. Egregie loquutus est apostolus, fratres, & magna ijs verbis nobis prebet documenta, quam obrem singula perstringamus oportet. Obseruandum, quod ex psalmo hanc sententiam desumpsit, ibi propheta sic habet. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem. Accepisti dona in hominibus. Mirabile dictu, vates sacerrimus asserit Christum Iesum accepisse dona in hominibus, apostolus vero contestatur, dona dedisse hominibus

**Ephe. 4**

**Psal. 67**

**Nora**

bus, sed si penitus re inspiciamus nulla est controuersia. Accepit, filius Dei munera, & dedit, accepit ab hominibus, vt fieret homo, & accipiendo magnifice largitus est eis suam deitatem, & innumera charismatum dona nobis impertiuir. Sanguinem suum pro nobis immeritis lubens effudit, contumelias quam plurimas sustinuit, nec non vitam suam immaculatam pendens in cruce pro totius mundi exposuit. Vel sic, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, cunctos sanctos qui in limbo inuenit, secum ad ethera vehens, & sic accepit dona inter homines, expolians principatus & potestates. Quippe qui breui admodum dedit dona hominibus mittens Spiritum sanctum, qui illuminaret discipulorum peccata, igneque amoris sui ita succenderet, vt quouis timore expulso, magna lia Christi Iesu vniverso orbi predicarent. Sed ad rem nunc propius accedamus, & ascensionis viam intueamur.

**Acto. 2.**



mur. Quod ascendit, ait Paulus quid est nisi quod descendit primum, in inferiores partes terræ. Perinde dicat ratio cur ascendit ad altitudinem cæli ea est, quia primo descendit, nedum in cruce mortem oppetens, & tanquam insignis latro inter latrones pendens, sed tam fuit mirabilis eius charitas, atque humilitas, ut anima illa gloriosa verbo Dei unita, realiter descenderet ad subterranea, & inuiferet patres antiquos, illic eos beas fructione suæ diuinitatis. Itaque qui ad eos liberandos per humilitatem descendit, is ipse est, qui eleuatus supra omnes choros angelorum, & supra omnium cælorum gloriam ad dexteram patris sedet. O detestandam satane petulantiam, quam præpostere se habuit in cælo, ascendere affectauit, & descendere nullatenus voluit. Eam ob causam, miserum me cecidit, dicente domino. Vidit Satanam tanquam fulgur de cælo cadere. Apoca. tem. Et in Apocalipsi memoria proditum

Humilitas Christi

Luc. 10

Apoca. tem.

ditum est. Proiectus est draco ille, proiectus est in terram. Cur ita? Sane quia infauste & petulanter dixerat, ascendam in cælum, & exaltabo solium meum, Eroque similis altissimo. Idque vesanus hostis suavitatis parentibus, quippe qui, heu ascendere cupientes ad scientiam Dei infeliciter subinde conuerunt. Ex hac radice infecta nos orti sumus, & vestigia patrum nostrorum sectari, conamur. Nobiles creaturæ sumus fratres, & ad imaginem, & similitudinē Dei creati, & magni cuiusdam animi ideo altitudinē naturali appetimus desiderio. Sed veh nobis, ut pulchre clamat Bernardus, si Satanam voluerimus sequi. Sedebo, ait, in monte ter. 4. altissimi in lateribus aquilonis. Heu miser, in lateribus aquilonis habitas? Frigidus est mons ille, non te sequar, ynquam, potestatis habes concupiscentiam, altitudinem presumis potentie. O fratres, quanti vsque hodie facta hæc sequuntur, & infelicitia vestigia

Nora.

gia magnopere amant. Imo quam sunt pauci, quibus dominandi libido non dominetur. Hinc est quod benefici vocantur qui potestatem habent, & alijs imperant. Hinc est quod perperam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Quem sequimini superbi filij Ade? Quem imitari conamini? Non ne ascendere voluit angelus, & ob id diabolus factus est, & in stagnum ignis ardentis proiectus? Adamus contra fas ascendere volens, grauer cecidit, & posteritas eius deiecta, & cõquassata est. Filij hominũ vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & queritis mendatiũ? Quo vsque mundi gloriolam vehementer amãtes, veram gloriam quam a solo Deo est despicitis? Fallax quippe est omnis potentatus, & imperiũ, eo quod omnis caro fenũ & omnis gloria eius quasi flos feni. Quin & sapiens ait. Omnis potẽtatus vita breuis. Ascendendi viam a Christo Iesu discite, qui prius descendit, & deinde

Psal. 4.

Esa. 40.

de ascendit. Ab ipso ostendenda erat nobis via, ne forte seductoris iniqui sequeremur consiliũ, aut vestigiũ. descendit plane filius Dei de altitudine potentie, formã serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Descendit etiam de altitudine scientiæ, quoniam placuit ei per stultitiã predicationis saltos facere credẽtes. Hoc est per stupendum opus incarnationis, & crucis arcanum, instituit salutem mundo labenti largiri. Descendit inquam sese dimittens vsque ad crucem, propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Hæc est via regia, dicebat dominus olim populo hebræorum, dicitque hodie orthodoxis cunctis, ecce iter regale, quo ipse ascendit, humilitas est. En scala quam Iacob vidit tangentem cælum. cui ego enixus quãdiu vixi fui, per quam angeli, non modo ascendebant sed etiam descendeabant, vt testatur san-

Phili. 2.

Nota

Philip. 3

Gene. 28

Figura.

Etus vir. Vnde liquet, quod viri ange-  
 lici, & candore virtutum decorati,  
 haud aliter ascendunt, quam ad dei-  
 ctionem suam descendendo. Alio-  
 qui hominis superbi confensus, de-  
 scensio misera est, qua infelix ille ho-  
 mo descendit ab Hierusalem in Ieri-  
 cho. Quique in manus latronum in-  
 cidens, sauciatus & spoliatus, ac semi-  
 uiuus remansit. Hinc diuus Augusti-  
 nus inquit. Ascendentes cum Chri-  
 sto sursum corda habeamus, & non  
 extollamur, nec de nostris quasi de  
 proprijs meritis presumamus. Sur-  
 sum enim cor ad dominum non su-  
 perbia vocatur. Sursum autem cor  
 ad dominum refugium vocatur. Et  
 statim adnectit. Videte fratres ma-  
 gnum miraculum. Altus est Deus,  
 erigis te, Deus fugit à te. Humiliaste  
 Deus venit ad te. **Quare hoc?** Quia  
 excelsus est Deus, & humilia respicit  
 & alta à longe cognoscit. Humilia  
 de proximo respicit, vt attollat, alta  
 idest superba de longe cognoscit, vt  
 deprimat.

S. Aug.  
 ser. 1. af.

Psal. 138

deprimat. Huc pertinet illud Iacobi. **Iacob. 4.**  
 Deus superbis resistit, humilibus au-  
 tem dat gratiam. O mirabilem, & vo-  
 tis omnibus appetendam humilita-  
 tem, o gemmā, præcunctis vernanti-  
 bus gemmis coruscantem, quippe  
 quæ, tam decora, tam pulchra, & spe-  
 ciosa in oculis summi Dei est, vt dei-  
 para virgo Maria concinat. **Quia re-** **Luc. 1.**  
 spexit humilitatem ancille sue, ecce  
 enim ex hoc beatā meditent omnes  
 generationes. **Quid illustrius, quid**  
**ve precellentius de humilitate dici**  
**vnquam potest?** Præclara hæc virtus  
 vel maxime filium Dei allecstauit, vt  
 in vterum sacerrime virginis homo  
 Humili-  
 fieret. **Quid multis immoror?** Tam  
 est insignis virtus humilitas, per quā  
 veluti, per scalā nos ascendere in cæ-  
 lum oportet, vt quemadmodum vir-  
 tutum theologalium primum funda-  
 mentum est fides, dicente apostolo,  
 oportet accedentem ad Deum crede **Hebr. 2.**  
 re, quia est, ita humilitas basis est vir-  
 tutum moralium, remouens impe-  
 dimen-

dimentum gratiæ, quod est superbia  
lethalis. S. Thom. 22. q. 161. artic. 5.  
ad. 2.

S. Th. 22  
q. 181. Satis bene ergo apostolus indicās  
nobis viam cæli dixit. Qui descendit  
ipse est qui ascendit super omnes cæ-  
los, vt adimpleret omnia. Pat enim  
erat, vt super omnes conscenderet  
cælos, qui ipsorum cælōrū erat crea-  
tor, atque moderator. Sic adimple-  
uit omnia, instruendo deperdita, &  
in fine seculi consumando vniuer-  
sa. Impleuit quidem omnia prophe-  
tarum oracula, nec non apostolorū  
corda, quæ veluti aurea vasā erant,  
aduentante Spiritu sancto, charitate  
adimpleta sunt.

Non nihil immorati sumus in hoc  
verbo assumptus est in cælum, quo-  
niam nostra maxime refferbat, viā  
scire, qua ad ethera itur. Nunc vel  
pauca de sessione ad dexteram patris  
dicamus. Sedetque à dextris Dei, di-  
xit Marcus. Equidem in cælo sancti  
sessione non indigent eo quod mor-  
tale

Mar. 16

tale corpus hoc, quod in hoc exilio  
aggrauat animam, sicuti sapiēs affe-  
rit, & heu nos quotidie experimur,  
ipsummet resurget immortale agi-  
lius sole. Ad hæc, pater spiritus est,  
quam obrem nec habet dexteram ne-  
que sinistram Imo si filius est ad pa-  
tris dexteram, pater est ad sinistram  
filij. Perspicuum est quod si ego sim  
ad dexteram regis, rex ad sinistram  
meam sit. Vnde claret locutionem  
hanc metaphoricam fore. Oportet  
igitur vt nomine sessionis duo intel-  
ligamus, quietē, videlicet, & iudicia-  
riam potestatem. De primo domi-  
nus hoc sacro die apostolos alloquēs  
dixit. Sedete in ciuitate, donec indua-  
mini virtute ex alto. De secundo Sa-  
lomon. Pro 20. inquit, rex qui sedet  
in solio iudicij, dissipat omne malū  
intuitu suo. Vtroque modo conue-  
nit Christo sedere ad dexteram patris  
Nam ipse tranquillitate ineffabili  
potitur in dextera patris quiescens.  
De qua psalmographus. Delectatio-

Theolo-  
gi. 3. d. 22

Lucę. vi

nes in dextera tua vsque in finem,  
Nec non ab illo iudiciariam accepit  
potestatem, ipso contestante. Data  
est mihi omnis potestas in cælo &  
in terra. Assidet ergo patri regnando  
& iudicando. Hinc beatus Augusti-  
nus explicans illud simboli. Ascen-  
dit ad cælos, & sedet ad dexteram pa-  
tris. Ipsam dexteram intelligite, po-  
testatem, quam accepit ille homo  
susceptus à Deo, vt veniat iudicatu-  
rus, qui prius venerat iudicandus. S.  
Thom. 3. p. q. 58. art. 1. ad dexteram  
patris iam Christus residens, clarita-  
te & gloria longe super excedit uni-  
uersos angelicos ordines, quemad-  
modum solis iubar prefulgidum ce-  
terarum stellarum palidum lumē ex-  
cellit, & quodammodo suo precelle-  
ti fulgore obscurat.

O mirabile spectaculum à seculo  
non auditum, sicut aquila prouocās  
filios suos ad volandum, ceu iam teti-  
gimus vaticinium Mosi recensentes  
super discipulos volitans in cælum  
ascendit.

ascendit. Et vt plures haberet expe-  
ctatores & testes, eduxit discipulos  
foras in Bethaniā, velut testatur Lu-  
cas, vbi nonnulli qui conuenerant  
interrogabant eum. Domine si in tē-  
poris hoc restitues regnum Israël?  
Nempe temporale regnum non spi-  
ritale intelligebāt, adhuc rudes, &  
carnales, quum ipse palam profite-  
tur coram Pilato. Regnum meum Ioan. 19  
non est de hoc mundo. Non vtique  
arripit mortalia regna, qui dare ve-  
nerat cælestia. Quorum infaustam  
quæstionem taxans dixit. Non est ve-  
strum nosse tempora vel momenta,  
quæ pater posuit in sua potestate.  
Ipse longe melius nouit quid vobis  
expediat, sitis liberi seruitute Roma-  
norū necne. Quod maxime vestra ref-  
ert tacere nequeo, accipietis Spiritū  
sanctum, & eritis mihi testes. Sepius  
hoc faustissimum donum promittit  
vt eorum desiderium accrescat, & af-  
fectum inflammet, tam preciosum  
thesaurum suscipiendi. Denique tet-

S. Aug.

Collatio

A. Ro. 1.

Nota.

stes eos appellat, non modo porten-  
 tum suorum, quæ ipse degens in hoc  
 exilio sua potenti virtute patrarat,  
 sed vitæ suæ candidæ, charitatis & pa-  
 tientia, atque beneficentiæ, quibus  
 virtutibus, & alijs plurimis id genus  
 vsus fuerat erga homines, etiam im-  
 probos, qui magnopere probris, eū  
 infestabant. O quātam inopiam hu-  
 iusmodi testiū patimur hoc nostro  
 euo. Pauci sunt proh dolor hodie,  
 qui sua humilitate, paupertate, & to-  
 lerantia, testentur virtutes heroicæ  
 Christi Iesu saluatoris nostri. Innu-  
 meri autem, qui superbia elati, auari-  
 tia turgidi, luxuria infecti, partes mū-  
 di fallacis tueantur, & diaboli sint te-  
 stes non Christi Iesu. Idque extremis  
 suspirijs deplorans dominus ait. Ar-  
 cta est via quæ ducit ad beatitudinē,  
 & pauci inueniunt eam. Et contra-  
 rio, lata est quæ ducit ad perditionē,  
 & multi ambulant in illa. Itidem,  
 multi sunt vocati, pauci verò electi.  
 Ijs sermonibus finitis, vidētibus illis  
 eleua-

Matth. 7.

Matth.

eleuatus est, & nubes suscepit eū ab  
 oculis eorum.

Videte nūc fratres, & videntes ma-  
 ximopere gaudentes contemplami-  
 ni, apostolos, vt filios prophetarum  
 coadunatos, quo Heliam verū ascen-  
 dere intueantur. Illi olim horā pre-  
 stolabantur illam gaudentes, nec iā  
 anxiantur parturientes, sed exor-  
 ta latitia parati erant profequi rece-  
 dentem, minime dubitantes de pro-  
 missione magistrī sui. Et ad eandem  
 imaginem apostoli magna exhilarati  
 letitia, diem hūc mirabilem expe-  
 ctabant. Certo certius scientes, quod  
 postquam ipsi de torrente passionis  
 in via hac bibissent, exaltato capite  
 & erecto, se ad cælestia dominū suū  
 sequuturos. Iuxta illud. Vado parare  
 vobis locū. Et si abiero, & preparaue-

4. Re. 2.  
Figura.

Ioan. 14

Nota

S. Cypr.

mus Christum suscepit. Cælorum dominus est, & ideo nubes obsequiū creatori suo impendit. Nec indigni vectoribus angelis, qui offendicula e medio tollent, & manibus suis ferrent. Sed precedentes, & subsequentes applaudebant victori, & concinētes in iubilatione modulabantur canticum nouū, adeo vt impleret cælos consonantiæ illius armonia. Veluti luculēter diuus Cyprianus miro narrat eloquio. Ad hæc, thronis & dominationibus parantibus filio iuxta patris confessum, cherubin, & seraphin pedes pacificos ambientibus, radiantibus vndique diuinis splendoribus, quos nec ardor perseverans cōsumit, nec turbis alicuius afflatus extinguit. Sic celebrat rāti triumphī magnificentiam cælestis exercitus, & qui descendentī coram pastoribus Belethmitis decanauerunt in sublimi præconia dicentes gloria in altissimis Deo. Modo expressioribus conariibus, & intensioribus iubilis, re-

neret

uertenti ad patrem, solemniora obsequia impendebant, & festiuis affectibus venerabantur, hominem supra se sublimatum. Quem gloria & honore pater cælestis coronarat, & ad dexteram suam collocarat. Quæ Psal. 46 omnia regius propheta verbo breui complexus dixit. Ascendit Deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ. Quanta in eius susceptione iucunditas in cælis fuerit, nemo sufficit pro dignitate narrare, nam rei huius magnificentia omnem exuperat intellectum. Illud sane silere non decet, quod eleuatis manibus benedixit discipulis. Nempe quos vnice a-

Luc. vi.

mabat, & tanquam filios summo pre-diligebat, obliuisci nequibat, quominus hæreditariam benedictionē illis impenderet. Equidem paterna charitas, bonis filijs & hæredibus maximè delectatur. Et hoc vnigeniti gloriæ accumulat, quod beatitudinis suæ non patitur esse solitariā magnitudinem, sed addit fratres, nō qui

minuant

minuant, quasi diuisam in plures excellentiam, sed qui altitudinem diuitiarum eius exornent, participes & consortes beatitudinis facti. O indulgentissimam, & assiduis preconijs euehēdam Christi Iesu erga nos charitatem, ascendens ipse in cælum pignus insigne nobis largitus est benedictionem hanc orthodoxis cunctis relinquens. Pignus inquam hereditatis æternæ, quam expectamus eius benedictio, & amor est. In cuius ty-

4. Re. 2. po Helias pallium suum Eliseo discipulo dedit. Agite charissimi, & eo incumbite, vt pallium hoc omni solertia, & vigilantia seruetis. Benedictio domini diuites facit, vt pulchre Salomon asserit. *Quin* & Christi benedictio, veluti mare omnia flumina continet, sic benedictio Iesu omnem virtutem animæ nostrę prestat

Eccle. 11 Et iterum scriptum est. Benedictio Dei in mercedem iusti. O vestē pulcherrimam, ornamentum nuptiale, quo qui indiguerit, perpetim penas dabit,

dabit, in genam missus. Quid quod pallium suum noster Helias apostolorum cæui dedit matrem suam benedictam eis, nec non & nobis relinquens. Hac cælica veste coopertus nouem mensibus latuit, virginea viscera homo factus, filius Dei inhabitans. Totis medullis cordis nostri hanc immaculatam vestem veneremur in terris dilectissimi, ei vt fragilitas nostra potest in dies obsequia offeramus, eam indeffese collaudemus & regalem hanc vestem, quam angeli venerantur assidue honorificemus. Ave gratia plena, sepe sepius repetentes. Virtute pallij Heliaz, Eliseus diuisit Iordanem, & sicco pedē transiit. At precibus virginis deifere, vite huius calamitose vndas pertransire illesi poterimus, & meritis tante matris Satanam, & complices eius triumphabimus. Reliquum est fratres, vt videntes Christum Iesum ascendere cū Eliseo vociferemur orantes Pater mi, pater mi,



currus Israel, & auriga eius. Fiat obsecramus in nobis duplex spiritus tuus. Mitte obsecro Spiritum sanctum tuum, qui nostrum illuminet intellectum, ne errabundi maneamus. Accedat etiam voluntatem, & igne sui amoris inflamet, quo temporaria bona horrentes, te solum toto ac candido corde diligamus, te laudemus, & in laudibus nunquam deficiamus. Fiat proclivi genu precamur Iesu bone, in nobis, duplex spiritus tuus, nobis tuam benedictionem & gratiam largiendo, ut post exhalatam animam, prebeas & gloriam, cui sit honos, & imperium cum patre, & Spiritu sancto per secula cuncta. Amen.

**SO** ANNOTATIONES  
appendices.

Anno. I. **P** R I M O aduertendum quam non abhorreat necessitates nostras misericors, & pietatis parens Christus Iesus. Nouit utique figmentum nostrum,

strum, & mortalem vitam alimento opus habere. Eam ob rem recumbentibus apostolis, & corpori pabulum tribuentibus apparuit. Apparetque hodie dilectis suis benignitas, & clementia saluatoris, dum etiam ipsis ad mentam sedentibus, & lectulo iacentibus dulcedine ineffabili interne eos inuicere dignatur, memoriam sui menti eorum inserens. Vnde apostoli dogma aureis literis conscribentium pietatis amatores ob oculos ubi que habent. Sine comedatis, siue bibatis, siue aliquid aliud faciatis omnia in gloriam dei facite. 1. Cor. 9. Veh qui carnis curam faciunt in desiderijs, & iumentorum more victitant mane surgentes ad ebrietatem sectandam in conuiuijs, & opiparis mensis suis. Ihs non Christus sed antichristus apparet. Vide. S. Ber. ser. 1. ascensionis.

Esa. 5.

Secundo notandum, quod saluator tempore quo vel maxime incarnationi parcere debuerat, nam breui erat

erat discessurus ab eis, tunc eos expr  
brare cepit. Quo intelligamus quan  
ta sit fidei sacre dignitas, quãque es  
opus habeamus. Sanè sine fide im  
possibile est placere Deo. Vt ingenue  
contestatur Paulus. Sub hæc, qui do  
minum viderit è sepulchro surgere  
nemo mortalium fuit, ergo de ange  
lis accipiendum est, vt placet diuo  
Bernardo. Ipsi igitur testimoniũ  
de resurrectione domini perhibenti  
bus, apostolorum pusillanimitas hi  
sitauit. Quã ob causam saluator du  
riuscule eos increpauit. . Vel de alijs  
discipulis increpationem hanc intel  
ligamus, quippe qui adeo rudes erãt,  
& dure cervicis, vt vndecim iam cre  
dentibus resurrexisset dominum, ad  
huc credere ipsi nollebant. Vti in ex  
positione euangelij latius tractau  
mus.

3

Tertio considerandum, quod est  
fidei sanctæ & baptisimi magna sit vi  
tus, ita vt qui crediderit & baptiza  
tus fuerit saluus fiat, nihilominus ne

mo

mo sibi blãdiatur, aut sine operibus  
& mandatorũ obseruãtia de solo ba  
ptismo presumat. Sine fide impossi  
bile est placere Deo. Ita est. Attamẽ  
Paulus seipsum explicans ad Galatas Hebr. 11  
5. inquit. Fides quæ per dilectionem  
operatur. Quo verbo hereticorum  
omnium tempestatis nostræ peruica  
tia retunditur. Huc alludit illud salua  
toris. Si diligitis me mãdata mea ser  
uate. Et rursum. Si vis ad vitam ingre  
di serua mandata. Vos fratres hanc  
cælestem philosophiam sectamini,  
opera pietatis patrans, & summi  
numinis præcepta opere adimplen  
tes. Alioqui fides sine operibus mor  
tua erit, & longe acerbiorẽ damna  
tionem accumulat credentibus. Do  
mino cõtestante. Qui scit voluntarẽ  
domini sui & non facit, plagis vapu  
labit multis.

Quartò annotatione dignum exi  
stimo, quod dominus apostolos suos  
eduxit foras & ad montẽ Oliueti cũ  
illis deuenit, ex quo in cælum ascensu

4

Bb

dir.

dit. Sanè ubi comprehensus fuit, & in agonia positus sudore sanguineo fuit confectus, ibi oportebat ut gloriosus videretur, & iubilantibus angelis cælum conscenderet. Innuens

**Cirilus.** nobis autore diuo Cirilo, quod mors acerba Christi Iesu, caloribus nobis aditum referauit. Nec quisquã ascendere cum Christo quibit nisi prius crucis ignominiam subeat. Hinc Au

**S. Aug.** gustinus ait. Si volumus cum Christo ascēdere debemus delicta nostra deponere Neutiquam cum medico nostro ascendit aliquod vicium nostrum. Serm. 2. ascensionis. Ceterũ ex monte Oliueti ascendit, ut veram esse sponse sententiam subindiceret, quippe que à longe Christum Iesum contemplantur dicens. En ipse ve

**Canti. 2.** nit saliens in montibus. Canticor. a mira res, in monte transfiguratus facies eius effulsi, æque ut sol. Vestimēta autem illius candida facta sunt tanquam nix. Matthæ. 17. In monte doctrinam illam egregiam prædicauit

uit quæ summa, & compendiaria regula est totius christianæ religionis. In qua octo beatitudines digessit, ceu scalam ascendendi in cælum fabrefaciens. In monte caluario patibulum crucis ascendens, sponte mortem oppetuit, & eum qui mortis habebat imperium profligauit. Hodie deniq; ad montem Oliueti veniens, post faustissima ac melliflua verba quibus consolatus est discipulos, super cherubin volauit. O mons in vertice montium, mons coagulatus mōs pinguis mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Etenim habitabit in finem. Psalm. 67. Quis ascendit in montē domini fratres, ut oculis fidei ascendentem in cælum contemplari iugiter valeat? Plane quem Christus deduxerit foras, & secum petrauerit. Iesu bone trahe nos post te, & curremus in odorem unguentorum tuorum, mirabilium tuorum speculatores facti. Interim ascēsiōes in corde nostro dilectissimi disponamus,

euntes de virtute in virtutem, donec videamus Christum Iesum in cælesti Sion. Desideremus visionem hanc fratres, suspiremus ad eam iugiter, ait Bernardus, & eo magis affectus vigeat, quo deficit intellectus. Serm. 4 ascensionis.

5 Quintò adnotatu dignū est, quod nunc Christum ascendisse legimus, ut est illud. Psalm. 64. Ascēdens Christus in altum, nunc assumptum illū in cælum dicit Marcus. Quemadmodum, illum surrexisse Lucas testatur. cap. vltim. & Petrus suscitatu à Deo asserit. Vbi primum diuinitatē eius, secundum verò humanitatem indicat. Ascendit plane virtute sua quia Deus verus. Assumptus verò est. quia homo, & ideo ad dexteram patris sedet, quoniā patri coequalis, ab æterno fuit. Cæterum, animaduersione dignum est, quomodo Zacharie vaticinium adimpleuerit saluator. Stabant pedes eius in die illa super montem oliuarum, qui est contra Hierusalem

salem ad Orientem. Zacharie. 14. Quandoquidem in hoc sancto monte Iesus stetit, & ex eo ascendit in iubilō. De quo ascensu totus ille Psalmus. 47. mirifice tractat. Omnes gentes plaudite manibus iubilate Deo in voce, & exultatione. Quoniā rex magnus dominus excelsus super omnem terram. Hoc est, plausu lætitiarum vestram indicate, eo quod Christus rex noster imperio omnium terrarum potitur, & apud omnes mortales mirabilem suam potentiam ostēdit. Subiecit gentes sub pedibus nostris. Id est, potestati, & religioni sanctę nationes, quę falsis dijs inseruiebant, & elegit, ac nobis pro hereditate assignauit quicquid speciosum, & excellens erat in familia Iacob, quę perpetuo dilexit. Imperabat quidem antea Deus gentibus, sed ipsis iniustis, atque rebellibus. Regnat autem modo, ipsis sponte colla sua iugo fidei submittentibus, qui gloriosior est triumphus. Ascendit Deus in iubilō.

bilo . Indicat gaudium angelorum  
Gaudiū qui ouanter gratulabantur Christo  
angelorū ascendenti, cū milites victoria par  
ta, gratulari solent regi, ac duci suo  
vocibus faustissimis. Psallam⁹ & nos  
fratres saluatori nostro immortales  
gratias agentes. Psallamus inquā sed  
sapienter, non ore tenus, sed animo,  
vt cum illo in cælo sedere mereamur  
perpetim.

**SC DOMINICA INFRAS**  
*oēctanas ascensionis, declama-  
tio nona.*



**Q**UAM seriose Sa-  
lomō rex Israel do-  
ceat, quibus vinum  
solacij dare debeat,  
verba eius satis  
notanda indicāt

**Proii. 31.** Noli Lamuel noli vinum dare regi-  
bus. Et ex templo rationē adnectens  
ait. Ne forte bibant, & obliuiscantur  
iudicio

iudiciorum, & mutant causam pau-  
peris. Date siceram merentibus, &  
vinum his qui amaro sunt animo bi-  
bant & obliuiscantur egestatis suæ. &  
doloris sui non recordentur amplius  
Sanè afflictis exhibendum est vinum  
lætificans cor hominis, & gaudium  
spiritalē, non nisi viris pijs est preben-  
dum. Cæteri verò qui inepta & stul-  
ta mundi lætitia fruuntur, hoc mero  
deffecato indigni sunt. De quibus vir  
sanctus Iob inquit. Tenent tympa-  
nium, & citharam in manu, & gau-  
dent ad sonitum organi. Ducunt in  
bonis vitam suam, & in pūcto ad in-  
fernum descendunt. Ecce qua alacri-  
tate, in hac labili vita homines stulti  
afficiuntur, carnis suæ oblectamenta  
festantes, vt in baratrum descendāt,  
vbi erit fletus & stridor dentium, per-  
petim. Merore confectis vinum læti-  
tix exhibeamus oportet, quo velut  
inebriati presentis calamitatis obli-  
uiscantur, & erumne suę amplius nō  
recordentur. Ecce dogma saluberrim-

Iob . 21.

Ioan. 16 *Quia hæc dixi vobis, tristitia impleuit cor vestrum, Hos ergo misericors & pietatis parens Iesus videns vehementer cõturbatos, modis omnibus nititur illos solari, Et ne acerbe ferant abscessum illius, donum admirabile eis pollicetur, aduentum spiritus sancti illis annuntians. Ne enim & officium eius palam facit paraclatum eum appellans, hoc est consolatorem, & aduocatum contra omnes aduersarios quamlibet potentes. Denique, ob oculos eorum ponit, quanta quamque graua ab infestissimis inimicis passuri sunt. Par erit iam ad explicationem sacri euangelij veniamus. Faxit Deus optimus, vt arca na eius intelligere valeamus, intelligentesque, pro nostra virili opere monita illius impleamus. Sacrum euan-*

euangelium sic habet.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit.

Perspicuum est cunctis, hæc omnia à Christo Iesu fuisse dicta, in cœna vltima quando improbi cum pessimo Iuda comprehendere, ac occidere agnum Dei moliebantur. Verùm admirari non sufficio charissimi, tũ saluatoris stupendam fortitudinem, tũ etiam indulgentissimam eius erga homines charitatem. Mors veluti in ianuis erat, & eadem nocte in horto sanguineo sudore fuit suffusus, nec non & funibus cathenisque alligatus, & nihilominus monita salutis discipulis dabat, & Spiritum sanctum affuturum promittebat. Mira res homines odio iniquo Christum insectantur, & eodem tempore spiritus sui aduentum ipse pollicebatur. Charitas Christi fratres cogit nos, & mirum in modum corda nostra, ni lapi-

euangeliũ  
Ioan. 15.

Nota

2. Co. 5.

dea, aut ferrea sint, igne sui amoris accendit. Vos precor fratres fortitudinem leonis de tribu Iuda, & ineffabilem eius in nos dilectionem assidue penitus recogitate, vt saltim post hac, diligatis eum, qui prior dilexit vos. Quique cœu sue necis oblitus milites suos munit, non armis ferreis, sed verbis, & pollicitationibus optimis, quemadmodum de Iuda Machabeo duce fortissimo memoriæ proditum est. Ait ergo apostolis Cum venerit paracletus. Hic maxime discipulos consolatur, quippe qui, teste Crystostomo, dicere poterant. Si verba à te domine audierūt quæ nullus antehac dixit, si opera tua viderunt, quæ nemo hactenus fecit, & nihilo meliores facti sunt, quoniam pacto, nos pusilli fide digni erimus? Huic tacite obiectioni respondet. Cum venerit paracletus quē ego mittam vobis à patre, ille virtutem vobis impertiet, vt de me infracto animo testimonium mundo dare valeatis

1. Ma. 25

S. Cryf.

leatis. Obseruandum quod Paulo superius Spiritum sanctum eum vocauit, nunc verò paracletum dicit, id est consolatorem, ab opere Spiritus sancti nomen ei prebens. Erant quippe apostoli tanquam orphani, & desolati, Christo Iesu abeunte. Eam ob causam vel maxime consolatore opus habebant, qui è cordibus eorum mestitiam atrocem propelleret. Potissime quia labores eorum & calamitates futuras minime tacuit. Et quoniam tam est fragilis natura nostra, vt non quæ leta nimis sunt, aut quæ valde tristitia ferre valeat, miscet lera tristibus, & tristitia letis, veluti sapientissimus medicus. Equidem letis & prosperis, proli dolor insolescimus, & secūdis rebus, ac tristibus deicimur, atque succumbimus. Idque experimento quotidie agnoscimus. Vnde axioma illud salubre, tenaci memoria seruemus oportet. In die bonorum memor esto malorum. Et in die malorum memor esto bonorum

Nota

Iob. 1

rum. Vnde satis sapienter beatus Iob vulneratus, in sterquilinio iacēs vxori sue male loquēti respondit. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? En in die malorum recordatus est vir iustus bonorum, quippe quē à domino acceperat. Quem si nos fideles toto conatu imitari conemur, magnum commodum accipiemus. Cæterum saluator noster mittere Spiritum sanctum pollicetur, & à patre procedere contestatur, quibus verbis arcanum Trinitatis palam facit. De quo ineffabili mysterio in sancto die Trinitatis tractabimus fusius. Modo sat sit scire, quod orthodoxa fides incunctanter profitetur, eandē esse deitatem, æternitatem, ac maiestatem sacrosanctę triadi. Nam pater Deus est, filius à patre idē Deus, Spi-

Cōtraheritis sanctus ab vtroque etiam Deus  
reticqs. est. O mirabilem Christi Iesu sapien-

tiam, quasi singulis verbis futuros

errores

errores prosternit. Dicens quem ego mittam à patre, aduersus grecorum commentum lucide ostendit, non à patre solo, sed etiam à filio Spiritū sanctum procedere. Vbi ait mittam à patre, eiusdem substantiæ se fore cū patre contestatur, vt iam Arrij hæresis funditus cadat. Denique, quando dicit à patre procedit, indicat Spiritum sanctum nequaquam creaturā, sed verum Deum esse contra eiusdē Arrij blasphemiam. Nec obstat quicquam quod antea dixerat, ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis. Nam vt homo rogat patrem vt Deus cum patre mittit Spiritum sanctum.

Ioan. 14

Humana ratio fileat in huiuscemodi rebus, fides autem loquatur cui omnia conspicua, & manifesta sunt, summo numine illa reuelante, par-  
uulis  
Matt. 11



uulis & humilibus, sapientibus verò huius seculi non ita.

**Acto. 10** Aduertendum est insuper, quod hæc promissio non modo apostolis, sed ecclesiæ facta est à Christo Iesu. Alioqui super Corneliū & suos Spiritus sanctus visibiliter non descenderet, quemadmodum in actis apostolorum legimus. Rursus ephesinis ad impositionem manuum Pauli Spiritus sanctus datus est. Sic sane Deo placuit, sic inquam expediebat, quo fides amplius firmaretur. At fide fundata & radicata, datur quidem creditibus, modo tamen inuisibili. Huc pertinet illud. **Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque viue. Quod plane ait Iohanne, saluator dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes. Felix & nimium felix fratres, qui hunc fontem aque viue in corde habet. Quandoquidem aqua salutaris hæc omnem subinde extinguit ignem, avaritiæ, ambitionis, & luxuriæ. Ex**

hac

hac aqua qui biberit non sitiet in æternum. Imo temporarijs rebus posthabitis, duntaxat æternas diuitias, & delicias mēs ipsa appetit. Nifallor charissimi maxima pars philosophie christiane in hoc sita est, vt cōtemplatione rerum æternarum, terrenarum prorsus obliuiscamur, cum apostolo clamantes. Non contemplatibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. **Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ non videntur æterna. Ecce quam efficax sit virtus Spiritus sancti, qui magna hæc in nobis operatur. Enim verò vt apostoli inter tot aduersa non subsistere poterant, sine paraclæti cōsolatione, qui labores vertit in requiem, luctum in gaudium, & ex infirmitate robur subministrat, ita & nos fideles quotidianam crucem tollere, calamitates imminentes patienter subire, & pleraque id genus aduersantia, sine spiritu Christi Iesu perferre nullatenus potuissimus. Dat itaque Christus Iesus**

spiritum

2. Co. 4.

Nota.

spiritum suum, largitur hodie suum  
paracletum fidelibus, dabitque ad fi-  
nem vsque mundi, ne in certamine  
despondeant animum, aut in assidua  
lucta cum hostibus succumbant. Dat  
sponte inquam omnibus thesaurum  
hunc, ratione autem impari, alijs tri-  
buit vt sibi tantum proffint. Alijs ve-  
ro, vt sibi & alijs sint vtilis, quales  
sunt prelati, & precones verbi Dei in

**Predica-  
tores.**

sancta ecclesia Romana. Quippe qui  
alijs in spiritu inferuire debent. Alio  
qui rationem redent in die iudicij  
de talentis sibi impensis, non vt in  
suadario recodant, vti seruus ille pi-  
ger male meritus fecit, sed vt pluri-  
mos Christo Iesu conuersos offerat.

**1. Co. 9.** Apostolo contestante. Si non euan-  
gelizauero, veh mihi est. Omnes er-  
go pij, Christi Iesu pollicitationi fi-  
dant, & in afflictionibus suis robora-  
ti Spiritum sanctum consolatorem  
expectent, nam extat vera illa senten-

**2. Co. 1.** tia Pauli. Sicut abundat passiones  
Christi in nobis, ita & per Christum  
abundat

abundat consolatio nostra. Veh di-  
uitibus & carnis sue lenocinijs dedi-  
tis, qui in hoc exilio, in hoc tetro car-  
cere, suam habent consolationem.  
Equidem Christi Iesu, & Spiritus san-  
cti solacium possidere non possunt.

**Psal. 93.**

Beatum vero dixerim qui cum Dau-  
de iniquitate secundum multitudinem  
dolorum in corde meo, consolatio-  
nes tue letificauerunt animam mea.

Adhuc quod spiritum veritatis sta-  
tim hunc paracletum vocat, misterio  
non vacat. Est sane spiritus mendax  
Satan, qui decepit primos parentes,  
quin & ille mendax est, & pater men-  
dacij. Is prophetas falsos erudit, &  
miserrime seducit, quo ceci ipsi fiant  
& duces cecorum. De quo scriptum  
est. Ego ero spiritus mendax in ore  
prophetarum. Is inuasit Saulem re-

**Nora**

**1. Re 16**

gem superbum, & acerbè eum vexa-  
bat. Is errorum omnium adinuictor  
est, & illius suggestu omnes haeretici  
letalija sua venena euomunt, ad illa-  
que adas hominum mentes. Is deni-

que eo dementia deuenit vt in veritate minime staret, sicuti saluator testatur. Contra hunc spiritum mendacem, spiritus veritatis promittitur quippe qui doceat apostolos omnem veritatem, omnesque fideles in Christum Iesum credentes, illuminet. Quo agnita veritate idola commentitia, vltro respuant, vitia queque horreant veritatem pro sua virili sectantes, vnum Deum totius mundi molitorem adorent, vnice ament, augustissime venerentur. Quid plura? Spiritus veritatis solus inesse veritatem facit, sentire, ac diligere veritatem, eamque possidere, quae vti que veritas Christus Iesus est. Ipso de se asserente. Ego sum via, veritas, & vita. Itaque quoniam Spiritus sanctus spiritus Christi est, iure optimo spiritus veritatis vocitatur. Quam indigeat sancta ecclesia hoc paraclito, & veritatis spiritu, videre est in Petro, qui timore ingenti perculsus ter Christum negauit. At Spiritu sancto ipsum roborante in die

Penthe-

Penthecostes, audacter Christum Iesum asserit esse verum Messiam, verumque filium Dei. Cuius trophea, & magnalia, etiam flagris sauciatus predicare non cessat. Quam obrem satis commode nunc sequitur.

Ille testimonium perhibet de me, **Text.**  
& vos testimonium perhibetis, quia ab initio mecum estis.

Ecce alterum Spiritus sancti opus, vehementer mirandum, quo quidem vel maxime apostoli indigebant. Quibus profecto Spiritus sanctus, nedum scientiam prestitit, quamuis antea idiote piscatores forent, sed linguarum omnium peritiam largitus est, nec non & virtutem portenta patrandi, atque robur quo non formidolosius amplius sint, sed leonis instar, passim Christum Iesum predicent creatorem orbis, & totius mundi redemptorem. Ille testimonium perhibet de me, primo in cordibus vestris inscribit. Quanta sit maiestas, & mea dignitas, & tubinde vos ab illo edocti, tum ver-

Spiritus  
Sanctus

bis flammigeris, rum signis stupendis,  
 iudæis & gentibus testimonium da-  
 bitis, vt credant, & credētes salui fiāt

*Ecclesiæ romanæ dignitas* Ecce honos, & gloria magna sanctæ  
 ecclesiæ Romanæ, ea nāque sola est,  
 quæ Spiritum sanctum habet magi-  
 strum, quippe qui testimonium per-  
 hibet de Christo. Ego habeo testimo-  
 nium maius Ioanne Baptista, ait sal-  
 uator. Nam pater tā in Iordane, quā

*Matt. 6.* in trāsfiguratione dixit. Hic est filius  
 meus dilectus, in quo mihi bene cō-  
 placui. Nec non & Spiritus sanctus  
 in baptismo, in columbæ specie visus  
 est, & super eum requieuit. In mon-  
 te Thabor rursus, in nube lucida Spi-  
 ritus sanctus figurabatur. En fratres  
 Christus Iesus in quē credimus, quē  
 toto pectore diligimus, quā insignia,  
 & illustria, habet testimonia. Huic  
 proculdubio omnes prophete testi-  
 monium perhibent, remissionē pec-  
 catorum accipere, in sanguine eius,  
 vti testis est Petrus, angeli per  
 aera vociferantur, & iubilantes con-  
 cinunt

*Lucę 2.* cinunt. Natus est vobis, hodie salua-  
 tor, pastores, & magi idipsum profi-  
 tentur. Vos charissimi attendite sum-  
 mi numinis dulcedinem & lenitatē,  
 & quam pulchre scriptum sit. Sapiē-  
 tia attingit à fine vsque in finem for-  
 titer, & disponit omnia suaviter. *Sapiē. 8.*  
 Haud dubie Spiritus sanctus testimo-  
 nium dedit in corde apostolorum,  
 & potens erat idipsum operari in eis  
 qui credituri erant in Christum. Ni-  
 hilo feci, qui omnia suaviter dispo-  
 nit ipse instituit, vt homines sancti  
 sacrum euangelium hominibus præ-  
 dicarent, & per alūnos suos testi-  
 monium Christi Iesuyniuerso orbi igno-  
 tescere voluit. Et vos testimonium  
 perhibebitis. Allusio est ad illud,  
 quod in declamatione ascensionis  
 explicauimus. Eritis mihi testes in o-  
 mni Hierusalem, & Samaria, vsque *A. Ro. 1.*  
 ad extremum terræ. Rationem nunc  
 reddit quatenus hac functione eos  
 oporteat vti. Quia ab initio mecum  
 estis ait. Ad hoc ministerium vos ac-

cerfui, & ob hanc causam vos delegi  
vt tãquam testes oculati, candidã vi-  
tam meam, facinora quæ patraui, cõ-  
ctis hominibus singillatim enarretis  
Vnde merito ipsi aiebant. Nos qui  
manducauimus, & bibimus cum  
ipso.

**Nota** Sed nunc fratres ad nos nostra se-  
vertat oratio. Spūs sanctus in cordib'  
nostris reddit testimonium, quod fi-  
lij Dei sumus, nec non externemun-

**Rom. 8** do ipse testatur, dum candorem vitæ  
amplectimur quod Deus in nobis  
sit. Fas ergo erit, vt opera nostra testi-  
monium dẽt hominibus, quod Chri-  
sti amatores, & sectatores sumus. Nõ

**Prou 10** ne gloria patris est filius sapiens? qui  
verõ pietatem colunt, religionem to-  
tis medullis diligunt, ij ore, & vita  
immaculata testantur de Christo ho-  
norem eius per omnia affectantes?  
Qui denique fidem mortuam tãtum  
habent, perperam viuentes, non vt  
par est testimonium de Christo per-  
hibent. Nos dilectissimi qui comedi-  
mus

mus cum illo & bibimus, imo quoti-  
die in sancto altari corpus eius sacro  
sanctum edimus, & benedictum san- **Sacraco**  
guinem illius bibimus, vel spiritali, **munio.**  
vel sacramentali communionem fruẽ-  
tes. Spiritalem communionem dixi  
propter vos qui fide integra, & chari-  
tate flamigera rem sacram audientes  
eucharistiam adoratis. Sacramenta-  
lem vero communionem appellati  
qua sacerdotes, summa Dei digna-  
tione, missam celebrantes fruuntur.  
Nos inquam charissimi, tam ingen-  
ti thesauro locupletati, sic viuamus  
oportet vt opera nostra homines in-  
spicientes Christum Iesum glorifi-  
cent, & laudibus assiduis eum magni-  
ficent. Sic testes fuerunt omnes san-  
cti, ore & opere saluatorem profiten-  
tes, quorum vestigia decet nos imita-  
ri. Ne forsità comminatio illa super  
nos veniat. Quicũque negauerit me **Luc. 9.**  
coram hominibus, negabo & ego eũ  
coram patre meo. Negat plane quo-  
dammodo Christum, qui mansueru

Luc. 13.

dinem, clementiam, humilitatem  
ceterasque virtutes eius pro modu-  
lo suo non sectatur. Ita vt in extremo  
iudicio orthodoxis perperam viuen-  
tibus iudex equissimus dicat. Nō no-  
ui vos. Discedite à me operari iini-  
quitatis. Ecce dominus eos negat,  
qui nequiter agentes, opera sancta il-  
lius imitari noluerunt. Idque heu  
stultis virginibus euenit, eo quod  
oleum charitatis non habuere, quā-  
uis lampades portabant, hoc est ope-  
ra in oculis hominum splendentia

2. Tim. 1

habebant. Summa. Dicebat aposto-  
lus discipulo suo Thimotheo. Noli  
itaque erubescere testimonium do-  
mini nostri. Dicam & ego vobis. No-  
lite spernere testimonium Christi le-  
su, sed libere, & intrepide eius sacrū  
nomen cōfidentes, ore, & opere vos  
ipsoſ tanti magistri discipulos indi-  
cate. Sicut enim res ridicula & va-  
na est si id quod quispiam credit, fa-  
teri non audeat, vti de phariseis qui-  
busdam in euangelio compertū est,  
ita

Collatio

ita longe deterius ac turpius est, id  
quod fateretur ore, non moribus can-  
didis prestare. Haud dubie, euangelij  
gloriam obscuramus, quæ in pressu-  
ris mundi floret, dum crucem Chri-  
sti abijcimus, semitas eius dānamus,  
& cæli arctissimam viam adire contē-  
nimus. Quam obrem saluator nunc  
ad tolerantiam persecutionum, &  
calamitatum futurarum exortatur  
dicens.

Abſq; sinagogis facient vos. Sed ve Text.  
nit hora vt omnis qui interficit vos,  
arbitretur se obsequium prestare  
Deo.

Non semel sed sæpe numero hoc  
eis predixit, nam magni periculi res  
foret, si erūnas imminētes ipsi igno-  
rarent. Imo scandalum non vulgare  
paterentur, dicente domino. Hæc di-  
xi vobis vt non scandalizemini. Nō  
est maior seruus domino suo, si ergo  
me persequuti sunt, & vos persequen-  
tur, ait saluator & iterum. Tradent  
enim vos in concilijs & sinagogis,  
Cc 5 suis.

Mar. 17

Ioan. 13

Mar. 13

Luc. 21.

suis. Flagellabunt vos, & ante res &  
 presides ducemini propter me, in te  
 stimonium illis & gētibus. Et quod  
 mirabilius est, Lucæ. 21. Trademini  
 autem à parētibus, & fratribus, & co  
 gnatis & amicis, & morte afficient  
 ex vobis Et quod maioris admiratio  
 nis, & terroris est statim addidit. Et  
 eritis odio omnibus hominibus. Ecce  
 quam admonitos illos voluit ha  
 bere in subeundis laboribus, toties  
 inculcans eis acerbas calamitates,  
 quas in mundo passuri erant. Tandē  
 in hac vltima cena passioni proxi  
 mus, eandem rem iterum suadet di  
 cens. Absque sinagogis facient vos.  
 Hoc edictum Christi ossores institue  
 rant teste Ioanne, ita vt si quis Chri  
 stum confiteretur extra sinagogam  
 fieret. Quod plane non vulgare op  
 probrium erat, quale hodie excomu  
 nicati in ecclesia patiuntur tanquā  
 rebelles. Verum vt apostathas à lege  
 Dei eos à sinagogis suis projiciebāt.  
 Quod flagellum grauissimum cenle  
 batur,

Ioan. 9.  
&. 12.

batur, quoniam animam percutie  
 bat. Sed ò beneficium ardentissimis  
 votis appetendum, extra sinagogam  
 Satanae esse, talis erat congregatio  
 pessima iudeorum contra filium Dei  
 & apostolos eius. Verum quo lon  
 gius à peccatorum consortio su  
 mus, eo propius Deo apropinqua  
 mus. Hinc dominus felices appellat  
 eos qui pro nomine eius, maledicta  
 & probra sustinent. Beati eritis cum  
 maledixerint vobis homines, & per  
 sequuti vos fuerint, & dixerint omne  
 malum aduersum vos. Gaudete in il  
 la die & exultate. Ecce enim mer  
 ces vestra, copiosa est in cælis. Men  
 tientes aut propter me homines illi  
 qui vos insectantur. Quis axioma  
 hoc audiens pro Christi nomine, nō  
 vnā, sed mille mortes pari percu  
 piat? Cauendum tamen est, vt ingē  
 nue diuus admonet Petrus, ne quis  
 quam nostrum patiatur vt fur, aut  
 homicida. Ceterum vbi dominus de  
 ignominia, & separatione atque eie  
 ctione

Matt. 5.

1. Pet. 4

ctione

ctione sinagoge nunciauit, cōfestim de corporis labore, & atroci eorum nece admonuit.

**Text.**

Et venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium prestare Deo. Quasi dicat, eo dementia diabolo instigante persecutores venient vt rem piam, & magnopere Deo gratam facturos se existimēt, si

**S. Chry.**

vos è vita tollant. Hęc Chrysost. hom. 76. in Ioannem. Vbi maxime obseruandum, quam sit execranda mundi stultitia, qua debachantes homines, apostolos enecare moliebantur.

**Apostolorū sanctitas.**

Nempe discipuli Christi insonites sine crimine, nemini offēdiculo erant. Philosophiam caelestem docebant Spiritu sancto dictante, & celorum iter cunctis ostendebant. Insuper & reipublice frugiferi erant, studētes de omnibus bene mereri. Quid multis immoror? Obsessos à demone, virtute & nomine Christi curabant, languidis incolumitatem prebebant, & quod maioris momenti erat,

erat, mortuis vitam prestabant. Quid ergo dignum morte homines ista faciebant? Equidem qui tot bona parabant, non odio, sed maximo honore, & amicitia digni erant. Omnis fera mundi huius cecitas, o vesana crudelitas & perpetuis plectēda supplicijs, tu homicide latroni parcius, Barrabam libertati tradens, & innocentem Christum Iesum mortuos suscitantem cruci affigis. Tu fera pessima saluatoris alumnos atrocissimē enecas, stulte excogitans sacrificium gratum Deo optimo offerre. Quam pulchre apostolus natiuis coloribus fallacem mundum nobis depingit. Sapientia huius mundi, ait, stultitia est apud Deum. Obseruate charissimi si mundi infelicis sapientia, mera stultitia est, ipsa impiorum stultitia quanta erit? Quandoquidem vt pij suapte natura, impios horrent, ita improbi iustos infectantur, & probris & flagris adoriuntur, non ob aliam causam, nisi quia pietatem colunt, deo-

**Mūdice  
citas.****1. Co. 3.****1. 2. Cor.**

que



**Gene. 4.** que optimo inseruiunt, & eum toto diligunt pectore. Quod perspicuum est ab exordio mudi. Pessimus Cain, iustum Abel fratrem suum dolo interfecit. Ismael persecutus est Isaac filium spiritus. Nefarius Esau, virum probum Iacob infestabat. Tyrannus rex Hærodes Baptistam sanctificatū occidit. Vnde extat verissima illa sententia. Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum. Cur ita? Sane quia iustus est, & religionē colit. Considerat superbus humilem, & non potest sustinere eum, contemplatur mundum & candidum virum spurcitijs deditus, & dētibus stridet in illum. Denique, avarus diuicijs hi nians, intuetur misericordem, elemosynis pauperes subleuantem irasuccensus, eum de vita extemplo tollerere conantur. Contrarius est vijs nostris, inquit infelices, & miseriam damus eum de terra viuētium, & nomen eius non memoretur amplius. Utinam impij scirēt, quantum com-

modum

modum præ se ferant iusti viri. Plaque quod statim De<sup>s</sup> optimus nō animaduertit in impios, veluti ipsi commeriti sunt, ideo fit, ne simpli & triticū erradicetur, vt parabola zizaniorum exacte docet. Nōne quā primū, **Gene. 7: Gen. 14 Exo. 14.** Noe separatus est ab impijs, **Lōth** a Sodomis, Israel ab egiptijs, horredu iudicio perierunt. En quanta sit inscitia, & impiorum stultitia, pios interficere student; quorum opē, & beneficium ipsi viuunt.

• Caterum horam vocauit peccatorum persecutiōnem, nec abfre, quū mala labentis vitē, hoc boni habent quod diuturna nō sunt, quēadmodū quidā sapiēs scite dixit. Nōne horaria est, & momētanea calamitas quē pīa, breui admodū euanesceat? Huc expēstat illud Psalmi. Vidi impiū eleuatū & exaltatum, sicut cedros libani, & transiit & ecce non erat. Sic corrumpunt omnes tyranni ecclesia: infestatores, Nero, Vespasianus, Herodes, & Pilatus, qui in baratrum descen-

Nota.

Psal. 36.

descendētes flammis sulphureis per  
 petuo cruciabuntur. Itaque momen  
 tanea fuit vexatio ac persecutio, æter  
 na verò persecutorum pœna. Eodē  
 attinet quod saluator cohorti prauę  
 in horro dixit. Hęc est hora vestra, &  
 potestas tenebrarum. Vbi plures ho  
 ras passionis suę, vnam tantum vo  
 cauit. Sed de ijs vberius in passione  
 domini, quę in quadragesimali ex  
 tat, tractauimus. In præsentiarum sat  
 sit, illud Isaia: annotare, omnis caro  
 fœnum, & omnis gloria eius quasi  
 flos fœni. Quid iam superbis, terra  
 & cinis? Queuis gloria mundi vt fœ  
 ni flos fragilis est, & floris instar bre  
 uis arefcit, & marcescit. Quid obsecro  
 fragilius, aut quid inanius fœno?  
 Atqui, si improbi vita, fœni in mo  
 rem euanescit; quoniam pacto eius  
 potentatus perpetuus erit? Equidem  
 homo quamlibet potentia sapientia  
 & opibus fulgeat, tanquam flos egre  
 ditur, teste diuo Iob, atque perinde,  
 vt flos conteritur, fugiens velut um  
 bra

Lucę. 22.

Esa. 40.

Iob. 13.

bra. Iure ergo optimo saluator tyran  
 nidem impiorum horam vocauit.  
 Venit hora inquit, vt omnis qui in  
 terficat vos, ignorantia praua dece  
 ptus, arbitretur se obsequium non  
 vulgare offerre Deo. O zelum mo  
 dis omnibus detestandum, o execrā  
 dam emulationem. Vos charissimi  
 summo studio caute horum homi  
 num cecutientium mores sectemini  
 De quibus scriptum est. Ambulabūt  
 vt ceci, quia domino peccauerunt.  
 Aduertendum est, quod eorum ceci  
 tas, ex magnis suorū sceleribus obor  
 ta fuit. Quippe tam erat ingens, vt di  
 cerent malum bonum, & bonū ma  
 lum, ponentes tenebras lucem & lu  
 cem tenebras. Vti Esaias testatur.  
 Hęc omnia sequentia verba confir  
 mant.

Nota

Sopho. 5.

Esa. 5.

Text.

Hęc facient vobis quia non noue  
 runt patrem neque me.

Verum qui Deū ignorant & Chri  
 stum, Dei viam & sanctum euange  
 lium ignorent necesse est. Vbi notā

*Pfal. 75.* dum quod iudæi Deum vnum adorabant, & colebant, iuxta illud. Notum in iudea Deus, in Israel magnum nomen eius. Quam obrem non ait, nõ nouerunt Deum, sed patrẽ esse Christi Iesu, nullatenus credere voluerunt. Noluerunt intelligere, vt bene agerent, excecati litera, cui mordicus ad hærebant, quippeque occidit, spiritalem doctrinam euangelij spreuerunt. *Iob. 21.* Ij sunt de quibus sanctus Iob dixit. Qui dixerunt Deo, recede à nobis scietiam viarum tuarum nolumus. Roget autẽ quis, si in parabola de agricolis improbis saluator dixit, hæredẽ veniẽtem agnouisse ita, vt alterum dicerent, hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatẽ, quorsum nunc asserit se non agnouisse? Profecto pharisei & sacerdotes tam per opera mirifica, quam per verba Christi Iesu, cognouerunt eum Messiam tot retro seculis in lege promissum. Nihilominus, illum esse verum Deum, & patris cœlestis vnicum

filium

filium, eos latuit. Vnde apostolus *1. Cor. 2.* clamat. Si dominum gloriæ cognouissent nõ vtique crucifixissent. Idq; lucidius Petrus contestatus est. *Acto. 3.* Scio quod per ignorantiam fecistis, sicut principes vestri. Veruntamen ignorantia illa minime hos excusabat, ratio quia affectata erat. S. Thom. 3. p. q. 47. arti. 5. Vnde saluator ait. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sed de his fusius in feria quadragesimæ explicatum est. Cæterum maximum solatium fuit apostolis causam suæ calamitatis audire. Non quia subuersores, aut homicidæ, tot aduersa perferebant, sed ob nimium amorem quem habebant in Christum. Vnde beatus Chrysostomus. *S. Crys. ho. 76. in Ioan.* Inde iterum eos consolatur dominus dicens. Hæc facient vobis &c. Id est hoc vos satis solari debet, quod propter me, & patrem meum patimini. Vbi rursus beatitudinis sue eos admonet vt in principio dixerat. Beati estis cum maledixerint vobis ho-

Dd 2

mines

**Matt 5.** mines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos. O quanta superbi patiuntur ob honores fugaces venandos, quanta etiam auaritiæ igne accensi perferunt, maria transfretantes, quam magna spē subeunt pericula, qui carnis oblectamentis impudenter vacant. Pudet recensere mala, quæ nefarij homines vltro tollerant, pro futilibus rebus vendicādis, & quā parua, atq; leuia nos pro Christi Iesu amore patimur. **Nota** Quis nostrum hætenus resistit vsque ad sanguinem pugnas contra peccatum? Verū pudefiamus oportet, qui adeo tenelli, & delicati sumus, nedum verba probrosa equo animo ferre velimus. Tantum abest, vt per tyrannos ad carceres scalētes ad flagra, & flammarum globos, pro Christo adueniamus gaudentes. Verum enim verò, saluatoris sententia illa aduersus nos prolata est. Prudentiores sunt filij huius seculi filijs lucis, in generatione sua. Illi prudentia serpen

serpentina fortiores, ac sollicitiores in ijs quæ mundi sunt efficiuntur, nos verò pigriores in dies facti calamitates quas Deus nobis immittit ferre aspernamur. Nonne testatissima veritas illa est? **Quod** momentaneum est, & leue tribulationis nostræ, supra modū, in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis. O verba annoratu dignissima, quæ aureis literis sunt scribenda. Vos charissimi corde, & animo assidue illa versate, & in quauis aduersitate, penitius ea contemplamini. Temporaria est tribulatio, sed perpetua merces, momentaneum suppliciū, æternum verò gloriæ aternæ brauium. Denique admonere apostolos non cessat pius, ac clemens magister, sed ait.

Hæc dixi vobis, vt cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. **Text.**

Eas ob res toties mala ingruentia eorum memoria suggerit, vt intelligent eum verum Deū esse, & omnia

scire. Rursus maxime oportebat eos scire, nihil fortuna, aut casu geri, sed omnia prouidentia diuina fieri. Præterea, magno erat solatio apostolis, in quouis labore memoriam Christi habere, qui cuncta eis predixerat futura, pro cuius amore sponte omnia patiebantur. Sub hæc, horâ dixit impiorum labilem potentiam, vt paulo ante terigimus, eo quod vana est omnis mundi ditio, & ceu fœnum agri florer. At contra honor, & memoria iusti perpetuo manet. Iuxta illud. In memoria æterna erit iustus, ab audicione mala non timebit. Ceterum reminiscamur verba Christi, magnopere oportet dum calamitas aut persecutio premit, quemadmodum dominus hic indicat. **Quin** & iugiter habere in memoria verbum Dei satis conducibile est ad omnia. Sic mala, quamuis magna minus ledunt, fides firmatur, & cor roboratur ne impingat & cadat. Alioqui Moses non tantopere comendaret populo

Psal. III

Psal.

pulo Dei memoriam illius. **Caue** inquit, ne obliuiscaris domini, & negligas mandata eius. Ecce quam sit cauda obliuio Dei. Consequitur negligentia mandatorum eius oboritur, & mēs misere in præcipitia cadit. Hinc diuus Chrysostomus perbelle ait, cū S. Crisostomus à malis hominibus patimur, in principio, & perfectorem fidei inspiciamus, memores facti, quod à malis, quod propter virtutem, quod propter Christū mala toleramus. Quod plane si animo voluemus, omnia facilia & satis tolerabilia nobis videbuntur. Nam si quis pro amico quem vehementer amat, aliquid passus fuerit gloriatur. **Quanto** magis, pro Christo Iesu pati gloriandum est? Plane si ipse crucem rem valde ignominiosam, gloriam propter nos appellauit multo magis hoc in ipsum animo esse debemus. Atqui si mala ita nobis contemnenda sunt, quanto magis pecunie, & omnes cupiditates? Siquidem in rebus grauibus, & mo-

Deut. 8

ho. 76.

in Ioan.

Collatio

**Collatio** lestis maxime conuenit, haud labores, sed premia considerare. Sicut mercatores non pericula maris, non piratarum damna pauent, quo lucrū vendicent, ita & nos calum & Dei presentiam expectantes, quasuis calamitates, & labores contemnamus. Non est magnum in labore quod est  
**S. Aug.** pore breue est, inquit diuus Augustinus. Breuis admodum est vita, breuis & horaria persecutorum potentia, fideliter certemus in hoc stadio, vt coronam gloriae de Christi Iesu regis nostri manu accipere mereamur Cui sit gloria, & imperium, cum patre, & paraceto. Per aeterna secula. Amen.

**SO ANNOTATIONES**  
*appendices.*

**Anno. I. PRIMO** notandum quam sit saluator noster miserator & misericors in discipulos suos, quippe qui soleret eos consolari studet, Ita vt paracleti aduen-

aduentum polliceatur, antequam sua presentia corporali eos destituat. Verum, vt quod minus auferat plus eis promittit se daturum. Corporalis eius presentia magni existimanda erat, alioqui ipse non diceret, Beati oculi qui videt, quae vos videtis. Amen dico vobis quia multi reges, & prophetae desiderauerunt videre quae vos videtis, & non viderunt. Matthaei. 13. Veruntamen aduentus Spiritus sancti preponderabat huic dono, & maioris erat momenti. Vnde alibi dominus dixit. Ego rogabo patrem & alium paraclerum dabit vobis, qui maneat vobiscum in aeternum. Ioan. 14. en ijs verbis pluris facit aduentum Spiritus sancti quam corporalem suam presentiam Sic nobis contingit quotidie fratres, verum si diuitias tollit, maius quid prebet virtutem patientiae largiendo. Nam patientia opus perfectum habet. Et quod de opibus, id de honore & de salute etiam intelligamus oportet. Videte exempla  
 Dd 5      precla-

*Matth. 13.*

*Tropologia.*

Exēplū. præciara Zacharias dubitās de oraculo Gabrielis lingue vsū merito amisit. At nouem transactis mensibus, nec dum loquitur sed magna prophetauit plenus Spiritu sancto. Luca. 1. Idque in viro Iob iusto conspicuum apparet, cui dominus diuitias, filios, salutem ademit. Nihilominus breui admodum cuncta duplita suscepit. O magnum dogma, ingenisque solatium, si orthodoxus in quouis labore huius documenti sit memor, non despondens animum, sed fidens Christo Iesu fuerit.

2  
 Secundò adnotatione dignum est, quod non dūtaxat apostolis hæc pollicitatio facta est, sed omnibus fidelibus in erumna existentibus. Quandoquidem qui pro Christi nomine contumeliam, seu diuitiarum iacturam perferunt, gratias agentes Deo optimo, ij profecto paraclētum accipiunt, quique eos vehementer consolatur. Adeo, vt nedum patiēter aduersantia queque tolcrent, sed ouan

ter

ter plura pati appetant. Dicentes cū apostolo. Superabūdo gaudio in tribulationibus meis. 2. Corin. 7. Itaq; assēueranter dicere cum eodem Paulo valeamus. Sicut abundāt passionēs Christi in nobis, ita per Christū abundat consolatio. 2. Corin. 1. Mirabile dictu, tam est potens gratia Spiritus sancti, vt mel de petra eliciat, oleumque de saxo durissimo aduersitatis, ac atrocis mortis. Felix & nimirum felix qui pro Christo Iesu persecutus est, is nimirum paraclēti virtutem, & solamē accipiet, veluti ipse saluator promisit.

3  
 Tertiò maximopere aduertendū, quam sit horrendum separari ab ecclesia Dei, satius esset homini fidelimille mortes subire, quam culpa sua excommunicationem maiorem incurrere. Equidem gladius spiritualis animam occidit, & quamuis homo fide sit fretus, separatus manet à gremio ecclesiæ, quādiu cōtumax fuerit. Ad hæc excommunicatio priuat hominē

sacra-

Dogma.

sacramentis, nec non & sepultura. Itaque vt terribile est, à consortio ecclesie sanctæ eijci, sic summe confortatorium erit, à sinagoge impiorum depelli. Nihil obfuit Ioanni proiectio illa in insulam Pathmos, sed plurimum profuit. Vbi tot angelorum cantica audiuit, & arcana cælitus ei fuerunt reuelata quam plurima. Vitam mundus sic nos abhorreat, sic à suo eijciat contubernio, quò Christus Iesus sub alas suas nos excipiat, protegat, & deffendat. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me dominus autem assumpsit. Vide tis quantum commodi prese ferat hominum persecutio. Et enim mûdi deiectio, pijs est tuta summi Dei protectio, & assumptio.

Psal. 26.

4

Quartò opere precium est adnotare quo stultitie improbi deuenire solent, cecitate stupèda ob piacula sua magna percussi. Ij zelo iniquo accèssi homicidium horrèdum, holocaustum Deo placitum appellant. Et dū

inno.

innocentes persecuntur, obsequium creatori suo prestare putât. O nimis deploranda versutia, & vehementer execranda cecitas, non sat eis est mala facere, nisi vt fuco pietatis ea adumbrent. Quorsum eo dementia de uenerût, palam facit apostolus. Tradidit enim eos Deus, in reprobum sensum. Hoc est, ob eorum nefanda opera, illos alto Dei consilio in tam horrendâ cecitaiẽ venire permisit. Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium prestare Deo, ait dominus. Ecce non modo mali sunt & ingrati, sed crudeles, & belluis ipsis peiores filij mûdi, qui nisi sanguine non satiantur, eorum quos oderunt. Tolerabile forsitan esset proscribi, nisi & impij prosorsus vsque ad mortem prosequerentur. Sanè hæc vera crux est iustorum, tamen eam amplectuntur, nã vident sub ea gloriam lucere magnam.

Quintò præterea annotatu dignū est,

5



est, quanta cura sit Christo Iesu erga suos electos. Non longo tēpore eos finit cruciari, ne forte in prelio succumbant. Eam ob causam horam vocat, tyrannorum, & persecutorū potentiam. Cum venerit hora eorū remiscamini, ait, quia ego dixi vobis. Huc pertinet illud Dauid. Non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manum suam. Psal. 125. ac si dicat. Etenim dominus tutabitur gentem suā, neque sustinebit pios tyrannide impiorum oppressos teneri. Ne forsā legibus, & iudicijs extinctis, & religione penitus conculcata, etiam ipsi ad peccata & scelera impellātur, ceu exēplo & prosperitate improborum incitati. Allusio est ad illud Nisi breuiati essent dies illi, nō esset salua

**Dogma.**  
**Matt. 25** omnis caro. Sed ppter electos breuiabūtur dies illi. In quibus antichristus & cōplices ei⁹ omnigena persecutio ne p̄bos viros infestabūt. Vbi lucidi⁹ appa

apparet summi Dei clementia, & simul lucescit humana fragilitas. Quippequam Deus optimus penitius nouit, autore Dauide. Ille vt pote creator noster agnouit signum nostrum. Recordatus est quoniam puluis sumus. Homo sicut foenum. Quas ob causas non permittit nos diu cruciari. Nos verò pro tan ingenti dono iuges, ac immortales Christo agamus gratias.

**IN FESTO SACROSANCTO**

*Pentecostes declamatio decima.*



**VID** obsecro dilectissimi in tam mirabili celebritate, Spiritus sancti dicā omnino ignoro. Spiritus sanctus amor est patris caelestis & filij, eam ob rem quisquis digne loqui & hoc festum

**A. Cor. 2.** *stū celebrare affectat, amore flagret, oportet. Qui verò candido pectore Deum non diligit, is festum pentecostes, vt par est, obseruare nequit. Nec alio expectat, in linguis igneis hodie super apostolos apparere, nisi vt eorum pectora, quamuis tepida, igne suæ charitatis flammantia reddat. Vnde nostra vel maxime refert, orationi humili instare, cui teste Luca, ipsi indefesse adhibebant apostoli. Precatio humilis cælos ipsos penetrat, & sicut scriptum est, donec propinquet non consolabitur, & nō discedet donec altissimus aspiciat. Talis profecto erat oratio deipare virginis Mariæ, quippe quæ diu noctūque, in cetu apostolorum orabat. Cum regali propheta decantās. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Emitte toto corde precor Christe Iesu bone, mitte fili mi Spiritum sanctum tuū, quē discipulis tuis antequam in cælum conscenderes spopondisti. En veluti*

*mortui*

*mortui humi prostrati iacent, pauidi, recordes, & ob timorem hebræorum congregati. Ij aduentante paraclito reuiuiscunt, & perinde atque creati, magnalia tua vbique terrarū personabunt fidēter. Mirabile dictu fratres, quemadmodum filius Dei in mundum non venit nisi orante virgine sacra, & dicente. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum, ita nisi ipsa in cenaculo Sion hodie vna cum apostolis precante, Spiritus sanctus non apparuit. O mirabilem christifere Mariæ sanctitatē, quis adeo stupidus, ne dicam stultus qui eam non inuocabit? Quis tam rationis expers, qui toto conatu ardentissimis votis ei non inseruiat? Ipsa orante Deus homo factus est, & carnis nostræ trabem induit. Eadem precante spiritus paracletus è caelo veniens apostolorum corda rore sue gratiæ repleuit. Quamobrem cum ipsa orātes ipsi procliuiter dicamus. Emitte Iesu optime spiritum tuum,*

*Ec & crea-**Lucę. 1.**Nota.*

& creabuntur, mentes nostræ roborate, preconia tua tonabunt. Sic renouabis faciem terræ, dum corda nostra quæ terrena hæcenus amabant, cunctis iam abdicatis rebus quæ vera, & æterna sunt bona duntaxat diligere incipient. Adesto sancte spiritus, & paraclesim tuam expectantibus illabere cælitus. Adorna thalamum tuum, dignam te habitatore domum compone, & quietis tue reclinatorium varietatibus virtutum circumcunda. Sterne obsecro pauimenta pigmentis, niteat mansio tua carbonibus flammis, atque gemmarum splendoribus. Omnium charismatum intrinsecus odora menta spirent. Balsami liquor fragrantia sua cubiculum tuum affatim imbuat. Et abigens inde quicquid tabidum est, ac corrupte le seminarium, stabile & perpetuum facias gaudium nostrum, & creationis tue renouationem, in decore immacerabili solides in æternum. Hoc modo orat martyr Cyprianus, in ser-

monis

monis Spiritus sancti exordio. Certo certius sciens, quia nemo potest dicere, dominus Iesus nisi in Spiritu sancto. Ut ergo nos imbecilli aliquid de hoc diuino amore exprimere incipiamus, ipso paracleto nos adiutuante, primo lectionem hodiernam exponamus. Quo in sequenti declamatione historiam tanti festi, pro modo nostro explicemus. Euangelica lectio sic habet.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. *Ioan. 3.* Ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Singula verba magnam habent emphasin, ideo cursim non sunt explicanda. Sed operepretium erit videre vnde initium euangelij hodierni dimanarit. Nempe paulo ante, in hoc eodem capite saluator Nichodemus de lauacro sancto baptismi docuerat, in quo oportebat omnes nasci denuo. Et illico fontem à quo baptismi, cæteraque sacramenta virtu-

*Ioan. 3.*

tem fortiantur indicans, de mirabili morte sua enarrare cepit dicens. Sicut Moyses exaltauit serpentem in heremo, sic oportet exaltari filiū hominis. Vt omnis qui credit in illum non pereat sed habeat vitam æternā

S. Aug.  
tra. 11. in  
Ioan.

Ubi sanctus Augustinus ait. Quomodo qui intuebantur serpentem illū non peribant, morsibus serpentum, sic qui intuentur fide viua mortem Christi sanantur à peccatorum morsibus. Sed illi ad vitam temporalem sanabantur, fideles verò ad vitā æternam. Et statim regulā notatu dignissimam ponit. Hoc interest inter figuram imaginem, & rem ipsam. Nam

S. Aug.

figura prestat temporalem vitam, res ipsa cuius illa figura est, prestat vitā æternam. Eam ob causam addidit dominus, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternā. Sed quam gratia, non palā se crucifigendum aperuit, sed ad veterem figuram auditorem relegauit? Primū quidem, ut vetera ad nouam cognitionem

tionem referret vir ille doctus, & in sacris literis versatus. Deinde teste Chryostomo. hom. 26. in Ioannem vt agnoscamus non inuitum ad passionem venisse. Nempe oblatus est quia ipse voluit. Quique ore suo sacro dixit. Nemo tollit à me animam meam, sed ego pono eam. Et rursus animam meam pono pro ouibus meis. Vides quomodo figura veritati consentiat? Illic mortem fugerunt hebræi inspiciendo eneam serpentē sed temporalem. hic sempiternam fideles. Illic ictus serpentum, suspensus serpens sanauit. Hic incorporeis oculis suspicientes, omnium peccatorū remissionem consecuti sunt. Serpens illic mordebat, & serpens sanabat, hic mors perdidit, & mors sanat. Ad hæc qui interimebat serpens veneno seuiebat qui liberat, nullo. Itaque perdidit mors tanquam serpentis venenum habens, domini mors id omne, ut eneus serpens venenum abstulit. Peccatum plane Iesus non se-

100  
Ioan.  
Ioan. 10.  
Nota  
Esa. 53.

Colo. 2. cit, neque inuentus est dolus in ore  
 eius. Quod scite explicat Paulus. Ex-  
 polians principatus, & potestates,  
 traduxit confidenter, palam trium-  
 phans eos in semetipso. Signanter  
 ait, exaltari oportet filium hominis,  
 non suspendi, ne auditoribus igno-  
 miniosum videretur crucis misterium,  
 sed nos contra honorificum facinus  
 Nōne regalis titulus crucem sanctā  
 decorabat? Pereuntibus hoc diuinū  
 arcanum stultum quid videtur, ita  
 vt Iudæis sit scandalum, gentibus au-  
 tem stultitia. At nobis credentibus,  
 quibus cælitus reuelata est veritas,  
 virtus Dei est sacramentum crucis.  
 Denique in cruce saluator captiuū  
 duxit Adonizebech tyrannum, qui  
 septuaginta reges superarat, quos  
 abscissis manibus & pedibus sub mē-  
 sa micas panis edebant. O quanta  
 erat potestas diaboli, ante Christi le-  
 su mortem, quam latro eius impe-  
 rium, & ditio. Verum ipse hominū  
 manus, ne opera sancta patrant,  
 nec

Iudit. 1.  
 Figura.

nec non & pedes, hoc est desideria  
 bona scindebat, & fame honoris, &  
 opum, atque voluptatis illos crucia-  
 bat. Venit autem fortior & fortis ar-  
 matus castrum suum amisit, & expo-  
 lia perdidit. Mira res tyrannus ille cu-  
 ius meminimus, ductus in Hierusalē  
 inibi victus mortuus est. Et ad eun-  
 dem modum, diabolus in hac sancta  
 ciuitate perijt, & nece Christi Iesu  
 interfectus fuit. Cum ergo Nichode-  
 mus audiens Christi Iesu mortem tā  
 acerbam, tāque ignominiosam, mi-  
 rari poterat, & rationem quære ob  
 quam, ipse tot mala pro salute ho-  
 minum obire decreuerit nunc ad-  
 didit.

Nota

Sic Deus dilexit mundum, vt filiū  
 suum vnigenitum daret. Ac si dicat,  
 ne mentem tuam rapiat admiratio,  
 tanquam causam mortis mee igno-  
 rantem ecce fons, & oceanus, vnde tā  
 ingens donum emanat, non mundi  
 meritum, sed dilectio patris cele-  
 stis est, qua morus, mundo perditio

Text.

Galat. 5.

condolēs, ei subuenire instituit, me  
 filium suum mittens, vt mea morte  
 mors ipsa moriatur. Homo vero fide  
 sancta, quæ per dilectionē operatur  
 fultus, vitam consequatur æternam.  
 Sed plane verba hæc magnam ener-  
 giam habent, ideo lubet singula per-  
 stringere.

1. Ioan. 3.

Sic, hoc est, tantopere, tam magni  
 fice, tam efficaciter dilexit mundum  
 labentem, vt dignaretur tam magnū  
 donum ei dare. Quo docemur, non  
 vtcunque datorem diligere, non in-  
 quam tepide, aut verbo tenus. Sed  
 vt ipse dilexit nos. Vnde Ioannes  
 ait. Diligamus Deum, non verbo &  
 lingua, sed opere & veritate. Ne fi-  
 ctitium sit opus, aut hipocrisis fucatū  
 sed potius ex sincera charitate pro-  
 diens. Sic denique Deum amemus,  
 vt primogenitum ei offeramus, velu-  
 ti in lege ipse precepit. Adque facile  
 faciemus si primogenita Egipti occi-

Exod. 13.  
Figura.

damus, quemadmodum angelus do-  
 minificit, & subinde populus Dei  
 tyranni

tyrannidem Pharaonis frustrauit.  
 Equidem primogenita Egipti primi  
 morus nostri sunt, quibus maxime  
 reluctari oportet. Alioqui diaboli  
 seruitutem miseram declinare nulla  
 tenus poterimus. Huc pertinet illud  
 psalmi. Irascimini & nolite peccare.  
 Et rursus apostolus vociferatur. Sol-  
 non occidat super iracundiam ve-  
 stram. Ac si dicat, pueros Egiptios in-  
 terficite; ne si paulatim creuerint cer-  
 tamen contra vos excitent, & vos oc-  
 cidentes regno Dei expellant. Verū  
 quod de ira, id intelligamus de quo-  
 us prauo affectu qui in corde nasci-  
 tur expedit. Eodem attinet præclarū  
 illud mandatum. Diliges dominum  
 Deum tuum, ex toto corde tuo. Pe-  
 rinde dicat. Deus nimio amore co-  
 ctus, tibi dedit vnigenam filium suū,  
 da homo vnicum amorem tuū Deo,  
 qui vnice te dilexit, ceu donū quod  
 ab illo accepisti potissime contesta-  
 tur. Atqui, dignitatem amatoris in-  
 tueamur acutius, quis ille est? vtiq;

Matt. 22.

Ec 5 non

non alius nisi Deus.

Sic Deus dilexit mundum Prophe-  
ta regalis iam innuat nobis quantus  
sit qui nos amat, vt magni existime-

**Pfal. 47** mus illius amorem. Magnus domi-  
nus, & laudabilis nimis in ciuitate  
Dei nostri, in monte sancto eius. Et

**Pf. 144.** alibi ait. Magnus dominus & lauda-  
bilis nimis, & magnitudinis eius nō  
est finis. Rex magnus super omnem  
terram, imo & super omnes cælos.

**Malac. 1** Quique per Malachiam clamat. Rex  
magnus ego sum. Nec non in Esaia  
scriptum est. Ego dominus & nō est  
alter. Quid multa? Tanta est, tāque  
mirabilis maiestas & amplitudo dei  
vt omnes gentes coram eo quasi nō

**Esa. 40.** sint. Si ergo tanti faciunt homines  
terreni regis amorem, quippe qui ho-  
die est & cras moritur, quanti existi-  
mare debent, ab illo amari, qui po-  
tentissimus, atque ditissimus ab æter-  
no est? O nos satis rudes, & desides,  
qui hoc assidue non alte considera-

**Nota**

mus, vnde obliuiosi facti, magnopere

re futilia hæc bona amātes, patris cæ-  
lestis charitatem posthabemus. Cæ-  
terum quis sit dilectus, tota animi at-  
tentione contemlemur.

Nempe mundus ipse est, quem sic  
Deus adamauit. Quis obsecro mun-  
dus hic est, nisi cecus ille de quo Ioā-  
nes, & mundus eum non cognouit? **Ioan. 1.**  
Equidem improbi mūdi labentis bo-  
na corde amantes, si dominum glo-  
ria cognouissent non vtique eū cru-  
cifixissent. Nō plene agnouit super-  
bia persecutorum humilem Christū  
Iesum, nec auaritia eorum pauperra-  
tem summam eius, qui cum diues ef-  
set inops factus est, vt eius inopia  
nos diuites, ac locupletes efficere-  
mur. Non denique in signis, & exe-  
cranda peccatorum malitia, bonita-  
tem & clementiam illius, qui per vi-  
scera misericordiae suae, vt alter Io-  
seph a patre missus, visitauit nos fra-  
tres suos oriēs ex alto. Exaggerat pro  
dignitate diuus Ioannes huius mun-  
di nequitiam, & ait. Totus mundus  
in

**Ioan. 1.**

**Gen. 27.**  
**Figura.**

**1. Ioan 5**

**Esa. 28.** In maligno positus est. Ac si patēter dicat. Tam est impius & iniquus, vt super malignum fundamentum cōstructus sit. Ecce ij sunt de quibus in Esaia legimus. Mendaciū posuimus sp̄e nostram, & mendacio protēcti sumus. O mundum cecutiētem, mē dacem, & stultum, quis nisi cecitate percussus tibi inseruit. Labam viro iusto Iacob plura promittebat, sed re ipsa delusor tandē apparuit. Adeo vt querimoniam faciens vir sanctus diceret. Mutauit decem vicibus mercedem meam. Quam obrem decreuit ab illo fugere, quod & opere cōpleuit. O fratres intendite obsecro, non decem vicibus, sed mille, mercedem vestram mutauit mundus hic fallax, quorsum adhuc illum sequimini? **Quandiu ei obsequia frustra impenditis? Vox illa ad vos clamat.** Fugite de medio Babilonis, ne pereatis. Exemplo vobis sit Rex David dicens Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabam eū qui saluum

saluum me fecit, à pusillanimitate spiritus & tempestate. Non sat erit fugere & mundum relinquere, nisi quis perseuerauerit in solitudine penitentia. Dicente apostolo. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Videtis vt arbitror fratres quā fedus sit mundus, & hunc amauit pulchritudo illa antiqua & noua, Deus optimus, sua gratuita miseratione. Quo illum pulchriorem sole ipso efficiat. Dilexit eum quidem, vt feditatem auferat, & cunctis ornamentis virtutū induat. Itaq; ingratum amauit, quatenus, amicum & gratū reddat. Nunc vel obiter excellētiā doni videamus, est profecto valde preciosum.

Vt filium suum daret. **O mirabile** thesaurum nobis à patre datum. Vni genitus est, sibi consubstantialis æternus & patri coequalis. Ego & pater vnum sumus ait ore suo benedicto. **Quis non miretur fratres? Haud angelum, nec prophetam sanctum no-**  
bis



bis dedit, qui nos à tyrannide Sathana eriperet, sed filium suum vnigenitum. Vnde Chrysofomus pulchre ait. Nemo vnquam pro filio tantam habuit charitatem, quantam Deus pro seruis suis, & ingratis seruis. Atqui neque pro amico, nec pro iusto sponte quispiam id fecit. Quod Paulus sic ostendit. Vix enim pro iusto quis moritur. O amoris mirandam vehementiam, infelix qui posthac non amat Deum, qui summopere dilexit nos. Commendat Deus erga nos charitatem suam ait Paulus. Cur ita? Quoniam cum adhuc peccatores essemus, & inimici, Christus pro nobis mortuus est. Ecce fratres verbum hoc adimit omnem disidentiam nobis. Equidem si tanta fuit vis amoris Dei, vt inimicos nos dilexerit, quanto magis nunc diliget, postquam filij eius per Christum facti sumus. Singulare solatium hoc est orthodoxis potissime animae labascenti, & in calamitate certanti. Obseruandum pre

terea quod Christum filium Dei se nominat, quemadmodum paulo superius filium hominis se appellauit. Oportet exaltari filium hominis. Nam vt Deus est, potest seruare populum suum, & saluare, & quia homo est, fratribus suis se negare non potest. Ad hæc, vnigenitum filium sese dicit vt fex ebionis & cherinti, atque Arrij penitus pereat, sciant vel ex hoc verbo, Christum Iesum verum Deum esse se patri coequalem. Et alibi. Ego & Iohan. 10. pater, vnum sumus. Non ater ait, vnigenitum, non primogenitum, appellatio hæc iam data erat populo Israel. Filius meus primogenitus Israel. Exo. 4. Rursus volens saluator instituere Nichodemum, alioqui doctum, de mirabili misterio Trinitatis, patrem & filium nunc nominat, & nuperrime de Spiritu sancto dixit. Sic est qui omnis qui natus est ex spiritu. Quod alludit sane ad illud. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Ecce

Heretici

Iohan. 5.

Nota

Ecce quē thesaurū nobis pater dedit, in quō sunt omnes thesauri sapiētię, & sciētię Dei. Dedit inquā non accōmodauit, vt nos male cauti ad tempus cor nostrum accōmodare Deo solemus, donec quadragesima transeat, vel infirmitas finē habeat. Nec vendidit illum, quia toto orbe preciosior est, vnde inopiam nostram agnoscens pater, gratuito nobis filiū suum exhibuit. O miseri hipocrite qui non gratis seruiūt Deo, nec orāt aut ieiunāt, nisi vt popularem auram aucupari valeant. De quibus dominus ait. Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Eam obrē iam receperunt mercedem suam. Ii non absimiles sunt Simoni Cireneo qui precio crucem domini portauit. Non ita vos charissimi, sed qui gratis redempti estis, gratis obsequium Deo optimo maximoque impendite. Ita vt cum feceritis omnia quę pręcepta sunt vobis, tum orē, tū cor de dicatis. Serui inutiles sumus. Sic salua-

Matt. 6.

saluator noster fideles suos docuit, & hanc celestem philosophiam eis reliquit. Filius datus est nobis, & paruulus natus est nobis, quo nos ipsos Deo dicemus, & spōte corda nostra ei offeramus. Ex hoc dono mirabili vobis impenso, apostolus per belle argumentū irrefragabile desumpsit ad Romanos scribens, quod vehemēter animas nostras roborat, ac lætificat. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū, quomodo non etiam cū illo omnia nobis donabit? Admodum fortis & efficax ratio, nisi fallor, cui aduersari nemo potest. Vos eam in quouis labore anxiam mente versate. Sane pater charissimum dedit filium, vt homo factus sanguine suo benedicto totius mundi piacula diluat, necnō vt dominus fiat seruus, exinanitus, humiliatus, ad turpissimam mortem crucis vsque. Empti enim estis precio magno fratres glorificate & portate Deum in corpore vestro. Et di-

Esa. 9

Rom. 8.

1. Co. 6.

Ff

uus

1. Pet. 1. uus Petrus inquit. Non corruptibilibus argento & auro empti estis, sed precioso sanguine agni immaculati. Verum hoc signum magnum est ingentis Dei charitatis erga nos, à Deo vt nihil dubij apud nos maneat, quod tenerrime, adeo dilecti sumus.

Ioã. 14. Alioqui beatus Ioannes non diceret. In hoc apparuit charitas Dei, non quasi nos dilexerimus eum, sed ipse prior dilexit nos. Et misit filium suum propiciatorem pro peccatis nostris. Eandemque sententiam quanquam alijs verbis apostolus Romanis scripsit.

Exo. 4. Mirabile dictu Deus optimus populum suum e iugo durissimo Pharaonis eripere volens, Mosem misit, qui homo erat similis nobis in peccatis conceptus, vti de se David profitetur. Is eduxit Israel tenens virgam, sic dominus preceperat ei. Tene virgam in manu tua in qua facturus es signa. At pater cælestis vniuerso orbi, neutriquam alium mittere in

stituit,

stituit, nisi vnigenitum suum, quippe qui virga sanctæ crucis Sathanæ potentiam perimeret, nosque poterat de iugo eius ferreo liberarent, & terram illam optatam manantem lacte & melle, vltro tribueret. Et quasi post liminio in ciuitatem Hierusalém quæ sursum est reuocaret. Hactenus vehementiam diuini amoris pro tenitate & ruditate nostra, explicauimus, subindicantes, quantum quæque magnus sic amator quia Deus omnipotens. Quam magnum donum sit quod nobis pater exhibuit, vt eumque recensuimus, nunc scopum in quem hæc omnia tendant consideremus.

Text.

Vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Lubens nunc mitto de Spiritu sancto loqui, quo pater amat filium, & vicissim eodem amore filius diligit patrem. Eo quod in sequenti declamatione fusius de hoc paracleto agemus, eius gratia nos corroborante. Sat sit scire, quod nõ alio amore, sed

Nota

eodem quo pater & filius alterutrum se diligunt, eodem inquā, pater nos dilexit, ut vnigenitum suum nobis daret. Itaque, ex parte Dei amantis, omnis amor, omnis modus summus est. In nobis vero contra, quoniam creaturæ fragiles sumus, in quibus nihil est summū, sed de ijs alias. Veruntamen in hoc loco prudens concionator, quæ de festo Spiritus sancti tractare illi libuerit, facile poterit. Cæterū ob id filius Dei ad nos veniē dignatus est, ut per eum heredes simus vitæ æternæ. Equidem qui filij ire ob prothoplasti peccatū eramus, filij Dei facti sumus in Iesum credentes. Vnde merito inquit Ioannes. Potestatem dedit eis filios Dei fieri sed quibus? Plane ijs qui credunt in nomine eius. O insignem precellentiam christianorum, hi tantummodo, tā egregiū titulū sortiti sunt. Cæteri verò qui non credunt in filium Dei soboles diaboli, ac proinde eius heredes vocati sunt, iuxta illud. Vos

Ioan. 1.

Ioan. 8.

ex

ex patre diabolo estis, & voluntatem eius vultis adimplere. Infelices qui tam cruenti parentis posterii sunt, haud dubie cum illo penas luent in perpetuum. Vbi diuus Augustinus. A. Sug. Notandum quod eadem de filio Dei in Ioan. nunc replicat, quæ de filio hominis in cruce exaltato premiserat dicens. Ut omnis qui credit in illum non pereat, quia idem redemptor & conditor noster, filius Dei ante secula existens; filius hominis factus est in fine seculorum. Ut qui diuinitatis suæ potentia nos creauerat ad perfruendam beatitudinem perennis vitæ, ipse per fragilitatem humilitatis nos restauraret, ad percipiendam quam perdidimus vitam. Res dictu mirabilis, in hoc quod Deus pater nobis dedit filium suum, non adoptiuum sed vni-  
genitum ac naturalem valdeque dilectum, quodammodo videtur remunerare obsequentissimā Abrahæ obedientiam. Ille Isaac filium dilectum tulit, & in monte Deo sacrificare illū

Nota.

Gene. 22.

voluit. Idque fecisset nisi vocem au-  
diredet è cælo. Ne extendas manum su-  
per puerum. Tunc iureiurando Deus  
pollicitus est, dare nobis filium suum.

Gala. 3

In semine tuo benedicentur omnes  
gentes terræ, quia obedisti voci mee.  
Iamque doctor gentium Paulus hoc  
egnima, nobis exprimat. In semine  
tuo ait, non in feminibus quasi in mul-  
tis, sed in semine tuo, quod est Chri-  
stus. Isaac ligna portabat sacrificio  
apta, Christus Iesus baiulauit sibi cru-  
cem, in qua uti in altari sancto, sese  
hostia cælesti patri obtulit. Quid mul-  
tis? Aries Christus erat volens vepribus  
herens & mysticus ille serpens in  
ligno exaltato, in quem ni quis cre-  
diderit, letalis serpentis morsibus pe-  
ribit. Roget quis, an pater plus dile-  
xit mundum quam Christum filium  
suum, quem dedit pro nobis, ut mo-  
riens in cruce vitam æternam conse-  
quamur? Verum enim uero, plus di-

Questio

Sa. Tho.

lexit Christum quam mundum cæle-  
stis pater, ratio quia vult ei maius bo-  
num

num, videlicet esse Deum. Nec excel-  
lentia aliquit deperit, ex hoc quod  
in mortem traditus est, quin ob hoc  
victor gloriosus factus est. Extrat im-  
mobilis sententia illa beati Dionisi.  
4. cap. de diuinis nominibus. Diui-  
nus amor facit extasim, Deus ipse  
propter amorem extasim passus est.  
Hic fratres stupor totum me com-  
plectitur, considerans filium Dei in  
patibulo crucis nudum pendentem,  
& extasim amoris nostri patientem.  
O verum Noe musto proprie vinee  
inebriatum, & in tabernaculo crucis  
vestibus expoliatum. Quæ omnia co-  
tendunt, ut ornamenti deauratis, gra-  
tia & gloriæ animam nostram ipse  
induat. O si eius amor in nobis exta-  
sim efficeret, quod peculiare est vere  
amanti. S. Thom. 1. p. q. 28. artic. 3.  
utinam hanc alienationem orthodo-  
xi omnes pateremur, adeo, ut cum apo-  
stolo dicamus. Vivo iam non ego,  
viuit autem in me Christus. Et iterum  
conuersatio nostra in cælis est. Pro-

S. Dio.

S. Th. 1.  
p. q. 28  
ar. 3.

Philip. 3

fecto pudet tam immense dilectioni saluatoris nostri non respondere. Credamus ergo in eum, non tantum, ei, hoc est verbis eius fidem prebeamus. Nec credamus eum esse Messiam, ut quidam hoc afferentes mandata eius transgrediuntur temere. Ij plane vitam æternam non possidebunt unquam, nisi resipiscentes pœnitentiã agant. De ijs niffallor Paulus loquitur. Dicentes se nosse Deum, factis autem negant. Itaque credentes in Iesum, vnice eum diligamus. Ipse nã que prora, ipse puppis nostræ salutis

**Tit. i.** ipse principium & finis, alpha & omega est. Ipse inquam nos ex nihilo creauit, & ideo principium appellatur, ipse finis nostri in quẽ tendimus ut eo fruamur in cælo. Quid est per Christum habere vitam æternam, ni ab ipso cor nostrum miram satietatẽ accipere? Sanẽ mēs humana profunda abissus est, ita ut nulla creatura, nec cunctis simul expleri possit. Non opes, honores, neq; voluptas cor

homi-

hominis replet, aut tranquillat, sed solus Deus, & hic est Christus, in quo vno mens nostra sufficientiam & saturitatem inuenit. Is clamat, & quotidie ad nos clamitat. Venite ad me, & ego reficiam vos. Venire teste Augustino credere, & amare Christum est. Ecce non difficilem postulat rē, sed satis facilem. Proculdubio nō intelligere, quæ indaginem nostri intellectus exsuperant præcipit pius patres, sed credere iubet ea, quæ humana mens suapte natura attingere nequit. Quod sanẽ donum magnũ est.

Hinc diuus apostolus ait. Captiuantes omnem intellectum vestrum in obsequium Christi. Signanter ait in obsequium Christi, quoniam nihil est ei gratius quã hæc captiuitas sancta, & obsequiũ, quod illi offerimus, fide charitate formata, in Iesum filiũ

Dei credentes. Sic gaudis & stupefactus fidem Cananæ, & Centurionis tantopere laudauit. Sic Petrum iuxta cæsaream, beatum appellauit di-

Matt. ii.

2. Co. 10

Nota

Mat. 16.

Luc. 24. cens. Beatus es Simō Barjona , quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Mirabile dictu, fide hac latro facinorosus profitetur Christum Iesum regem Israel atque verum Messiam esse asserit, & subinde audire meruit verba illa faustissima. Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso . O sacram & mirabilem fidem , sine qua teste Paulo impossibile est placere Deo. Per hanc sancti omnes vicerunt regna, & adepti sunt repromissiones.

Hebr. 11. Ecce quam sit meritum credere in filium Dei. Sanè credere actus intellectus est assentientis veritati diuine ex imperio voluntatis , à Deo motè per gratiam & ob hanc causam magni meriti est credere in Deum. San.

S. Th. 22. Thom. 22. q. 2. ar. 9. Mira res quanti faciat dominus fidem nostram charitati coninnctam, pro qua non tantū suas diuitias nobis largitur, sed seipsum dare pollicetur. Et hoc est dicere. Vt omnis qui credit in illum non pereat,

pereat, sed habeat vitam æternā. Vide de indulgentissimam summi numinis largitatem, absq; delectu pollicitationem facit. Ita vt quamuis barbarus, scita, vel græcus sit, à beatitudine cælesti haud sit alienus, modo in Christum Iesum credat, eūque super omnia diligat. Nec semel hoc premij promittitur in euangelio sed sæpe. Amen dico vobis ait dominus, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam. Ecce in ergastulo corporis de-

Ioan. 5. gens, fidelis qui mandatis Dei pareat, saltim inchoatiue habet vitam æternam. Huc pertinet illud psalmi. Bea Psal. 118. ti immaculati in via, qui ambulat in lege domini, legem carnis & mundi fallacis aspernantes. Nunc de duplici suo aduentu egregie saluator distulit.

Nō enim misit filium suum Deus Text. in mundum , vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Ne quis frustra misericordiæ Dei fidens

fidēs dicat, Misericordia Dei magna est multitudinis peccatorum meorū miseretur, & hæc dicens in delicto suo maneat? Ideo dominus de iudicio futuro loquitur, Duo nāque sunt Christi aduentus, qui iam factus est, & qui venturus est. Prior factus est, vt nobis scelera dimittat, nō vt puniat. At contra secundus erit non vt dimittat, sed vt iudicet. De priori ergo ait. Non veni vt iudicem mundū sed potius vt ipse saluetur. Quia enim clemens est, nunc iudicare nō vult, sed primo per baptisma, deinde per pœnitentiam cuncta scelera, & flagitia nostra delet. Idque nisi faceret, vti ait

**S. Chry.**

Chrysoſtom⁹, proculdubio vniuersi periti essent. Dicēte Paulo. Omnes in Adam peccauerunt, & egent gloria Dei. O stupenda filij Dei clementia huc venit non vt reos puniat, sed vt ex filijs geene, filios Dei efficiat, & cohæredes vitæ æternæ constituat.

Trac. 12. Vnde sanctus Augustinus pulchre in in Ioan. quit. Quantum in medico est salua-

re

re venit egrotum. Ipse autem se interimit, qui præcepta medici seruare non vult. Quorsum saluator mundi dictus est, nisi vt saluet mundum? Hinc pater ait filio suo. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea, vsque ad extremum terræ. En ingēs fructus aduentus filij Dei, nam tantum munus frustra dari non potuit. Et rursus dedi te in fedus populi, & lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vincitum, & de domo carceris sedentes in tenebris. Denique eodem rēdit illud. Nō est datum nobis aliud nomen sub celo, in quo oporteat nos saluos fieri. Nec alio expētabat melos illud suauē, quod angeli in natiuitate domini per aera concinebant dicētes. Natus est vobis hodie saluator, qui est Christus in ciuitate David. Non nobis natus est saluator, ait angelus, sed vobis. Nam nusquam angelos apprehendit, sed semen Abraæ apprehendit. Non angeli qui corruerūt semel redem-

Esa. 49

Esa. 42

Acto. 4.

Luc. 1.



redemptore opus habent, eo quod lucifer & assecle eius, sic obstinati sunt, sic mordicus adherent peccato vt nullatenus resipisci possint, & poenitentiam agere. Vobis hominibus Deus factus est homo, vobis natus & datus, cauete vestram salutem ne gligaris, vbi iam habetis eum qui saluis vestre est autor. Quas autem poenas sit luiturus, qui in Iesum saluatorem mundi credere noluerit, nunc referat dominus.

Text.

Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.

Mira res, nondum apparuit iudicium, & factum est iudicium, ait Augustinus. Etenim nouit dominus qui sunt eius, autore Paulo, nouit qui permaneant ad coronam, & qui ad geenam. Iam iudicatus est qui non credit, nam sicut qui occidit hominem & si nondum sententia iudicantis condemnatus sit ita qui in-

Collatio

credu-

credulus est. Siquidem Adā qua die comedit de ligno vetito, mortuus est. Obseruandum quidem quod de fide li loquens non dixit nō iudicabitur, sed non iudicatur. Ratio quia per fidē in baptismo omnia delentur peccata. & gratia Dei aduentante iustificatur homo. Iudicabitur autem si in scelere suo mortuus fuerit, etsi fidem habeat. Nō omnis qui mihi dicit do-  
Matt. 6.  
mine domine intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit voluntatē patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Erubescant nostre tempestatis pseudoapostoli, qui de sola fide glorientur, respicientes sacramenta, & pietatis opera, vbi verba hæc saluatoris audiunt. Sileant voces humanæ inquit Augustinus, S. Aug.  
vbi sonant voces diuine. Quin & obmutescant oportet pseudoprophete miserique quando prophetarum dominus Christus Iesus loquitur. Ea solito modo fides salubris est, quæ per dilectionem operatur. Sic admonet doctor

Galat. 5. **Cor**gentium. Idipsumque refert ecclesie doctor Augustinus, libro de fide & operibus. cap. 14. Ceterum quod dominus de incredulo dicit, qui non iudicatur, nihil officit Paulo dicenti.

**Nota** Omnes astabim<sup>9</sup> ante tribunal Christi. Verum tam pii quam improbi & infideles in iudicio extremo comparabunt. Veruntamen infidelium causa tunc non discutitur, sed a conspectu districti iudicis iam cum condemnatione suae infidelitatis abscedunt. Professionem verò fide retinentes, sed professionis opera non habentes, redarguuntur ut pereant. Hæc diuus Gregorius. 27. libro Mora. sed iam precor fratres, ubi paruulos baptizatos ponimus? Profecto inter eos qui crediderunt. Hoc eis acquiritur per virtutem sacramenti, & fidem offerentium. **Qui** verò baptizati non sunt peribunt. Dicente domino. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non poterit videre regnum Dei. Sed de ijs egregie loquitur sanctus Augusti-

**S. Greg. li. 27. mo.**

**Ioan. 3.**

Augustinus libro illo mirifico de baptismo paruulorum. Et theologi. 4. dist. 4 Sub hæc animaduertendum, quod aliquando vita æterna promittitur ob bona opera. Vnde Ioan. 5. **Qui** bona fecerunt ibunt in vitam æternam, qui verò mala egerunt ibunt in resurrectionem iudicij. Et illud si vis ad vitam ingredi serua mandata. Aliquando autem fidei promittitur vita æterna, ut modo dictum est. **Qui** credit non iudicatur. Ratio, quia fidei charitate formate vitam æternam promittitur, ut radici bonorum operum operibus aut ut fructibus radicis, quæ est fides. Quandoquidem Deus optimus, ut non probat fidem sine operibus, sic nec opera ei placent, nisi ex fide prodeant. Non ergo segreganda sunt inuicem hæc duo, fides, & opera bona, ut falso pseudoeuangelici contendunt. alioqui neutrum Deo placebit. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ergo non

Ioan. 5

Nota.

Ioan. 17

Gg credere

Philip. 2.

credere in nomine eius, quem pater sic euexit, ut daret illi nomen super omne nomen, certa damnatio est: Christi nomen est Deus, iustus, bonus, salus, vita, lux, iustitia, redemptio. Eam obrem, qui in eum credit ipsum amando, per tale fidem accipit Deum, iustitiam, & regnum, nec non & redemptionem. Qui vero secus facit, is bona hæc omnia à se excludit. Quare ratione Christus damnat omnes incredulos, exemplo nunc suadet, quæ sint digni æterno cruciatu increduli.

Text.

Hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.

Hic sane omnem excusationem adimit incredulis, quippe qui non magno labore lucem hanc quaesierunt, sed sponte eis se obtulit veniens ad eos, ipsi vero haud ei occurrerunt.

b. 24.

Quin ut deplorat sanctus Iob. Rebelles fuerunt lumini. Quid hoc? Sanè tenebras vehementer dilexerunt, caliginem scelerum suorum amantes.

Bene

Bene saluator noster, sese lucem vocat, de qua Ioannes supra. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum. Lux vera, æterna, non illuminata, ut alij sancti, quos ipse lucem mundi appellauit, & lucernam super candelabrum. Et apertius id explanans dixit alibi. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. En tenebras iure optimo peccata nominat, & errores varios, quibus irretiti erant homines idola muta, quæ potius demonia sunt, colentes. Hinc principes tenebrarum, apostolus demonia vocat. Tenebre ille palpabiles, quas triduo egyptij passi sunt, vitia terra adumbrabant, quippe que homines illaqueant, ne ambulare in via veritatis queant. Stupenda quidem res, & annotatione digna. Extendente Moise manum in cælum, facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egypti. Tribus diebus nemo vidit fratrem suum.

Ioan. 1.

Matt. 5.

Exod. 10  
Figura.

Exod. 10.

Colo. 1.

nec mouit se de loco in quo erat. Ni hilominus vbiq̄ue habitabant filij Israel lux erat. Hoc est, fideles omnes luce illa cælica fruuntur de qua apostolus. Fides donum Dei est. Agite charissimi, agite in mortales gratias Christo Iesu qui vos, eduxit de potestate tenebrarum harum, & transtulit in regnum dilectionis filij sui, vt bene admonet apostolus. Imo eratis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Ne forsitan amantes tenebras viciorum pereatis. Superbia quidem, auaritia, & luxuria, quid aliud sunt quàm tenebre horribiles Egypti? Hisce obcecatis auari, fratres suos inopia laborantes minime vident, quo eos elemosynis suis subleuēt. His tenebris prepediti, nec hospitalia visitāt, neque carceres adeunt, vt compeditos soluant. Cum apostolus ad nos clamet. Mementote vincitorum, tanquam simul victi. Ecce iam lux venit in mundum, filius Dei factus est homo

Nota.

homo, quique mirum in modum luxit, tum doctrina cādida, tum portentis innumeris, quæ nemo alius fecit. Sequamur agnum hunc quocūq; ierit, abiicientes opera tenebrarum & scelera cuncta posthac horrentes. Iam iam ambulantes nobis & se-<sup>Esai.</sup>  
<sup>deit.</sup> in vmbra mortis, lux è cælo orta est, <sup>Iuana</sup> <sup>capite</sup> iuaticiniū. Nō fas est amplius vmbas, & caliginem amare. Quod homines dicit diligere tenebras magis quam lucem, emphasim habet, nam homo præditus & ornatus est ratione, imagine Dei insignitus, nobilissima creatura, at suaapte malitia, sic degenerauit, sic ab ingennitate sua declinauit, vt ob voluptariam vitam quam mordicus tenet comparatus sit iumentis, & simi <sup>Psal.</sup>  
factus est illis. Vtinam hodie inter fideles nō essent, qui plus amāt visibilia hæc bona, quam æternas diuitias, temere preferentes terrena celestibus. Nos fratres tanquam filij lucis ambulemus in luce. Fructus autē

Eph. 5. lucis sunt in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes quod sit beneplacitum Deo. Nec cōformemur huic seculo, nec communicemus operibus tenebrarum. Sic nos exhortatur diuus Paulus. Et dominus ait.

Ioan. 9. Dum lucem habetis ambulate in tenece, ne tenebre vos comprehendant. Cæterum filius Dei, vt lux venit, qua agnoscamus nostra delicta, & vbi querenda sit iustitia, plane in ipsa luce vera Christo. Lux non modo viã ostendit, sed timorem expellit e corde iter agens. Sic Christus omnem metum propellit à nobis, vt sine timore de manu inimicorum iam liberari, seruiamus ei. In sanctitate, & iustitia, cunctis diebus vitæ nostræ. Adhæc, lux exhilarat pectora intuentium, tenebra verò contristat valde. Ad eundem modum, vbi saluator in mundo apparuit, nedum cælum & astra, sed homines in enarrabili gaudio sunt affecti. O lucem omnia exhilarantem, o lumen inefficiens, sine

ne quo cuncta terra sunt, & nocte cæca obicuriora. Emitte obsecramus fulgorem tuum super nos fideles tuos, ne amplius delictorum nostrorum tenebre nos inuoluant. Adhuc causam tanti piaculi referat saluator, dam ait.

Erant enim eorum mala opera.

Text.

Equidem lux delectabilis puris oculis, odiosa autem egris. Delectabile est oculis videre lumen, ait sapiens, & experimento hoc quotidie videmus. Sic Christus Iesus pijs mentibus pulcherrimus, & totus desiderabilis est. Ita vt à planta pedis vsq; ad verticem non sit in illo macula veluti de Absalon principe, scriptum inuenimus. Econtrario verò improbi lucem hanc pulcherrimam abhorrent, quorum vox ea est. Grauis est nobis etiam ad videndum. Ac si dicant, nedum verba eius sancta audire egre ferimus, sed nec illum videre possumus. Notandum quod non dixit dominus fuerunt mala opera co-

I. Re. 14

Sapien. 2

rum, sed erant, idest actu iniqui erāt. Mala sanè fuerūt opera Dauidis, mala Mariæ Magdalenaë gesta, nihilo fecius, non dilexerunt tenebras suas, magis quam lucem, sed contra lumē cælicum amplexantes pœnitentiam egerunt. Aliud est peccare, aliud verò peccatum diligere. Diligit tenebras & mala operatur, qui delicta sua non sponte confitetur, qui gloriatur cum male fecerit, & exultat in rebus pessimis. Quod est in profundum malorum descendere Hinc sequitur.

Nota

Text.

Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius.

Odit avarus lucem, & liberalitatem Christi, & eius paupertatem sustinere non valet. Invidus refugit in tueri Christi charitatem. Superbus humilitatem horret, & dogma salutis ferre non potest. Id quod oculis nostris quotidie cernimus. O posterit Ade qui deserentes lucem verā arborum umbras quæridentes, in lucem

Dogma.

cem prodire non vultis. Velitis nolitis ad iudicium veniētes pudore magno affecti eritis, quando Christus <sup>Psal. 49</sup> iudex equissimus arguet vos, & ponet contra faciem vestrā, vti in psalmo ipse comminatur vobis. Qui male agit lucem odit, sic fures & icortatores noctem amant. Iuxta illud, qui dormiunt nocte dormiunt. Vide <sup>1. The. 5.</sup> te nunc impios illos qui terga ad sanctuarium vertentes, solem Oriētem adorauerunt. Hoc est, ea quæ mundus <sup>Ezec. 8.</sup> adorat, & appetit, vniis extentis susceperunt, quia nihil minus cogitant quam cælestia bona. Sancti viri & alumni virtutis, vt lucē amant, sic non pudefiunt, à cunctis videri. Unde sequitur.

Qui autem facit veritatem venit ad <sup>Text.</sup> lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Vt omnis qui male agit mendaciū facit, eo quod vicia aliud promittūt & aliud exhibent, pacem & facietatē pollicentur, & esuriem pre se ferunt

Luc. 16. infaciabilem. Quam sitim diues ille in geena patiebatur, ita qui bene operatur veritatem facit. Nam virtus veritas quedam est. vnde saluator Pilato dixit. Ego veni, vt testimonium perhibeam veritati. Mendax ille Sathanas & pater mendacij, mundum hunc mendacio suo replevit. Adeo vt quidam propheta diceret. Respexi terram & ecce vacua erat. Et alibi. Nota Non est veritas in terra. Signater ait dominus, facit, non dixit fecit. Eo quod non sat est orthodoxo bene vixisse, nisi perseueret in bono opere. Apo. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, inquit Deus. Nec dixit cogitat aut loquitur veritatem, operibus bonis opus habemus, quamuis desideria candida, & verba munda mercede non careant. Rursus obseruandum, quod pins non se ostendit, sed opera sua. Iuxta illud, sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Hippo-

critæ verò, secus faciunt, ideo mercedem suam recipiunt, non a Deo, sed ab hominibus, quo non inanius dici potest. Virtus autem veritas est, & ob id. Fructus autem spiritus sunt gaudium, pax patientia. Is denique qui Galat. 5. veritatem facit & venit ad Christum dicens. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Cui fidelissimus iudex dicet. Euge serue bone in modico fidelis, quia in paucâ fuisti fidelis, intra in gaudiû domini tui. Quod nobis imperiat Christus Iesus, Qui cum patre, & sancto flamine, regnat in secula. Amen.

SO ANNOTATIONES  
appendices.

PRIMO notandum, quod opus Anno. I. mirabile incarnationis filij Dei ex nimia charitate ortum habuit. Quod Gabriel deipare virgini tescrauit

uit dicens. Spiritus sanctus superueniet in te. Lucæ. 1. Non quod Spiritus sanctus pater Christi sit, absit, sed de Spiritu sancto conceptum fore Christum profiteamur, quoniam Spiritus sanctus amor est patris, & Sanè conceptionem Christi operata est tota Trinitas, & quoniam causæ incarnationis congruebat, sic angelus alloquitur virgini sacre. Fuit nempe ex maximo Dei amore, ut filius Dei carnem assume et in utero virginali. S. Thom. 3. p. q. 32. arti. 1.

S. Th. 3.  
p. q. 32.

2 Secundò aduertendum, quanti sit meriti fides, quæ per dilectionem operatur, quippe que aditum nobis prestat vitæ æternæ. Qui credit in Christum

num non peribit, sed vitam æternam possidebit. Ratio est, quoniam actus nostri meritorij sunt in quantum procedunt ex libero arbitrio moto à Deo per gratiam. Et quum huiusmodi est actus fidei charitate formate, relinquitur quod fides sit maximi meriti. Si nequa teste apostolo impossibile est placere Deo. S. Thom. 2. q. 2. arti. 9. Eas ob res, qui non crediderint, nas dabit perpetuas in geena ignis, vti saluator indicauit.

S. Th. 2.  
q. 2.

Tertio annotatu dignum est, quod cum veritas sit adequatio rei ad intellectum, ille dum taxat veritatem facit qui Christum sequitur & mandata eius seruat. Quam ob causam ipse veritatem se fore dixit. Vnde liquido comprehenditur omnes leges, & sectas, extra vnicam ecclesiam Romanam, commentitias, inanes, & execrandas esse. Huc pertinet illud verbum sponsi in canticis. Vna est colubam mea, vna est perfecta mea. Can. 6. & iterum dominus dixit Petro. Super

3

Canti. 6

per



per hanc Petram edificabo ecclesiam meam. Ecce unam & non plures ecclesias se edificaturum dixit: Unde Sarraceni, & omnes heretici mendacium operantur, & tenebras amantes, lucem euangelij horrent, suo magno malo. Nos vero fideles in Christum credentes veritatem facimus ei seruietes. Et ob hanc causam non veremur in lucem prodire, eo quod opera nostra in Deo sunt facta, ieiunantes, orantes, & opera pietatis exercetes, ad honorem & gloriam regis nostri Christi Iesu.

**I N F E S T O C E L E B E R R I M O**

*Pentecostes declamatio*

*Undecima.*

Thema.

**A** P P A R V E R V N T illis dispartite lingue tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto. Acto. 2.

Vbi iam domino opitulante euangelium

gelium ferie secunde huius celeberrime solemnitatis, pro tenuitate, ac ruditate nostra explanauimus, nunc opere precium me fecisse arbitratus sum, si historiam tam preclaram presentis festiuitatis, pro modulo meo enarrarem, nonnulla de Spiritu sancto pertractans, quippeque potiora videntur. Quauis innumera sint arcana quae silencio reliquimus, nam Spiritus sanctus de quo nobis sermo, ut Deus verus est, ita illius maiestas, & virtutes ineffabiles, profecto sunt.

Verum si imaginem tantifelsi natiuis coloribus depictam intuesi volumus charissimi, reuelationem quam Deus optimus ostendit beato Iohanni, in insulam Pathmos relegato, tota animi intentione auscultemus oportet. Et venit alius angelus, & sedit ante altare habes thuribulum aureum. Et data sunt illi incensa multa ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est

Appc. 8

**Figura** est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo. Et accepit angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua & fulgura, & terremotus magnus. Et septem angeli preparauerunt se, ut tibia canerent. Magna & satis excelsa sunt; que verbis ihs Spiritus sanctus nobis innuere vult. Quando quidem angelus qui venit, saluator noster est nam teste Augustino, angelus nomen est, non natura, sed ministerij. Si nomen naturae queras spiritus est, si vero nomen officij, angelus est. Sic exponens illud psalmi, qui facit angelos spiritus, contestatur. Vnde dominus de seipso inquit. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me & ipse viuit propter me. Imo saepenumero se angelum vocat missum esse a patre asserens Vnde nomen Messiae quod Esaias scripsit dicens, vocabitur consiliarius.

**S. Agu.**

**Ioan. 6.**

**Esa. 9.**

filiarius. Septuaginta merito traduxerunt, vocabitur magni consilij angelus. O vere magni consilij angelus filius Dei, qui non angelum aut prophetam quempiam misit in mundum ut captiuos filios Aegypti redimeret, sed aduersum se consilium protulit, dicens patri caelesti. Miserte me in mare si propter me tempestas haec orta est. Equidem Adam sapientiam Dei perperam affectans, de ligno scientiae boni & mali comedit. Quam ob causam eo dementiae venit, ut comparatus sit iumentis insipientibus, & si milis factus fuerit illis. Tunc verus Ionas filius Dei, cuius typum ille gerebat olim, gratuita sua charitate commotus patri dixit. Ego tempestatem hanc magnam placabo, volo in veterum virginis Mariae descendere, ubi homo factus homines sanguine meo effaucibus draconis eripiam. Ecce angelus qui venit, rex & angelorum creator est Is inquam thuribulum aureum manu sua accepit. nam corpus

Hh illud

Ion. 2.

Psal. 48

Nota

illud sacrosanctum Christi Iesu aureum est, ob suam puritatem, imo aurum optimum absq; macula, & labe peccati. De quo Esaias, & post eum

**1. Petr. 2.** Petrus ait. *Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius.*

Quo circa domino dicente, quis ex vobis arguet me de peccato? Nemo ausus est respondere, sed infirmate sunt contra eos lingue eorum, vti regalis

**Psal. 63.** propheta multis retro seculis vaticinatus fuerat. Hoc thuribulum spiritus sancti virtute mirabiliter fabricatum, cruenti inimici flagris acerrimis, spinis, & clavis ferreis, immaniter perforarunt. O quam rimis & foraminibus plenum Esaias illud thuribulum vidit, quando ingemiscens exclamauit. A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas. Itaq;

**Esa. 1.** nedum ore tenus odor suauissimus ad patrem ascendit, & ethera penetravit, orans pro crucifixoribus, & exauditus est pro sua reuerentia, ceu

**Hebr. 1.** Paulus testis est, sed per cuncta vulnera

ra fragrantia bene olens ascendebat Ardebat vehementer thuribulum hoc & igne mire charitatis cremabatur, potissime in altari sancto crucis vbi pendebat. Equidem fumus & odor diuine illius orationis, tanta deuotione, reuerentia, tantoq; zelo, æterno patri gratificandi, à pectore illo sacrosancto profecta est, vt ad Deum patrem ascendens omnium odorum fragrantiam cumulatissime superaret. En fratres quod thuribulum aureum sancta ecclesia semper habet, ad Deum optimum placandum. Quod longe excellentius est, thuribulo illo Aron, quo assumpto, & incenso posito iram Dei placauit, & cessauit plaga ignis carni oracis, qui populum enecabat. In hoc sanè thuribulo orationes sanctorum locantur, eo quod nisi actiones nostræ bone, & orationes, meritis Christi Iesu innitantur, & ab igne charitatis proficiantur, vitæ æternæ meritum attingere nequeunt. Huc pertinet illud apostoli.

Nu. 16.  
Figura.

Heb 13

Heb. 13. Per ipsum offeramus hostias laudis Deo. Nec non sancta ecclesia spiritu afflata diuino, cunctis precationibus finem imponit dicēs per Christum dominum nostrum. Mira res orationes sanctorum incensum appellantur, bene ac suaue olens corā Deo, vt vel ex hoc lutherani, & alij heretici sibi posthac consulant, & mentis oculos aperiant, videantque dementiam suam, qua obcecati, orationes & intercessiones sanctorum nullius momenti fore asserunt. Verum nisi oratio sancta incensum foret odoriferum, psaltes regius nō diceret, dirigatur domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. O fratres quam vigilem, quāque sollicitum habemus aduocatum apud patrem, Iesum Christum iustum, ipse est intercessio pro peccatis nostris. Signanter ait est, non fuit, quasi iam nostri sit oblitus, qui eadem charitate nos amat, qua nos in cruce pendēs dilēxit, ponens animam suā pro ouibus

Cōtra hereticos.

Psal. 150

Nota.

bus

bus suis magnopere dilectis.

sequitur in figura. Angelus stetit ante thronum Dei. Saluator noster, fratres redemptionis opere patrato, vt infesto ascensionis vidimus, videntibus discipulis in cælū eleuatus est, & tunc ante thronum Dei stetit. Vnde apostolus ait. Habentes pontificē magnum qui penerrauit caelos Iesum. Sanè angelus noster à patre missus in hunc mundum, igne impleuit thuribulum, vbi ad dexteram patris sedit, & prunas ardentes misit in terram. Quando Spiritum sanctum, vt pollicitus fuerat, dedit in linguis igneis, veluti Lucas nobis enarrat. Mira res, cōfestim igne cælico descēdente facta sunt tonitrua, id est comminationes per apostolos quæ maxime improbos terrebant. Et voces personabant pollicitantes veniam ijs qui dominum Iesum cruci addigerunt, modo baptizarentur in nomine illius, & penitentiam agerent, sic diuus Petrus populo consulebat. Cę

Nota

terum fulgura miracula magna sunt  
 quæ apostoli coram populo opera-  
 buntur in nomine Christi Iesu. De-  
 ni que terremotus factus est, vbi vni-  
 uersa ciuitas cōmotafuit, & omnes  
 stupebant dicentes. Quomodo nos  
 audiuimus eos loquentes lingua no-  
 stra, in qua nati sumus, cum ipsi Ga-  
 lilei sint? En charissimi summatim  
 aduentum Spiritus sancti vobis indi-  
 cauimus, nunc hystōriam aggredia-  
 mur, habet plane misteria quam plu-  
 rima scitu digna. Nec non & dogma-  
 ta maxime ad mores optimos ac-  
 commoda.

Acto. 2.

Acto. 2.

Dum complerentur dies penteco-  
 stes, erant omnes discipuli pariter in  
 eodem loco.

Græcice cūcta describit Lucas, quæ  
 in mirabili Spiritus sancti aduentu  
 gesta fuere, potissime tempus recen-  
 set, in quo sacramenta plurima lati-  
 tāt. Non statim post Christi Iesu ascē-  
 sionem paracletus venit, vt se aposto-  
 li melius prepararēt, orationibus, &  
 ieiunijs

X

ieiunijs vacantes, & sic abundantius  
 donum hoc mirabile reciperent. O Dogma.  
 nos pigros, & ignauos, qui Spiritum  
 sanctum accipere volumus, & nihi-  
 loscius comestationibus, & ebricta-  
 tibus dediti, somno plus nimio in-  
 dulgemus, aliisque venenosis carnis  
 delicijs frena laxamus. Nolite, ait  
 Paulus, nolite fratres spiritum extin-  
 guere. Hoc est, ne sceleribus vestris  
 virtutem Spiritus sancti opprimen-  
 tes, tam immenso thesauro vos indi-  
 gnos redatis. Et iterum nolite con-  
 tristare Spiritum sanctum qui in vo-  
 bis est. Qui amore iniquo visibilia  
 appetit, & more iumentorum vitam  
 suā ducit, qui superciliosus est, arro-  
 gantia execranda inflatur, is plane  
 Spiritum sanctum temere contristat  
 & à corde suo depellit. At discipuli  
 domini, vt statim fusius dicemus, spi-  
 ritum sanctum sibi promissum expe-  
 ctantes, orationi, & ieiunio diu no-  
 ctuque instabant. Et ideo tot diebus  
 expletis, Christo Iesu ascendente iā

The. 5.

**A** in cælum, Spiritus sanctus venire dignatus est. Quod plane nobis insinuat verbum hoc. Cum complerentur dies pentecostes, Vbi Chrysostomus ait. h. m. 4. in acta apostolorū. Quæ est hæc pentecoste? Sanè cum falx mittenda esset in messem, cū fructus essent colligendi. Videtis typum egregium, vide iam veritatem. Falx sermonis Dei erat adhibenda, & fruges colligende, ideo spiritus ille veluti acuta falx aduolauit. Huc expectat quòd saluator iuxta Samariam apostolis dixit. Leuate oculos vestros, & videte regiones, quod albe sunt ad messem. Hoc est, apte, ad messionem

**S. Cryf.**

**Ioan. 4.**

**Luc. 10.**

**Exo. 10.**

**Figura.**

Et iterum messis quidem multa, operarij autem pauci. Siquidem sole euato in sublimi, & ad dexteram patris sedente segetes albescébāt, & ad messionem parate erant. Et ob hanc causam non ante pentecostem descendit Spiritus sanctus in apostolos. Quid plura? Agno pascale occiso, populus Israel è durissimo Pharaonis

nis imperio liber euasit, & quinquagesimo die decurso, lex in monte Sina datur. Et ad eandem imaginem, vero Dei agno in cruce mortuo, qui que nos de manu diaboli eripuit, par erat vt in pentecoste, Spiritus sanctus in linguis igneis appareret, qui legē Dei sanctam scriberet, in cordibus discipulorum. Quid quod anno iubi

lei quinquagesimo apud hebræos, omnes agri, ad proprios possessores redibant, serui & mancipia manutenebātur? Sic plane quinquagesimo post resurrectionis Christi die, apud fideles, Spiritus sanctus descendit, quippe qui credērium animas à quo uis delicto liberat efficiat, & Christo Iesu vero domino restituat, dicente apostolo. Non sumus ancille filij sed libere. Quæ libertate Christus nos liberauit. Ecce de tempore in quo paraclerus inuisere dignatus est apostolos. Sed si quis scire cupiat quo pacto sese habebant, audiat quod sequitur.

Nota X

Galat. 4

**Text.** Erant omnes discipuli pariter in eodem loco. siquidem quos charitas & fides vna in Christum adglomerat, adunaueratque interne, hosce locus vnus capiebat.

**Canti. 8** Centum viginti omnes erant, nā tunc paruula erat foror nostra, nec vbera possidebat quibus filios plurimos lacte candido ac suauis sermonis Dei aleret. Creuit tamen veniente paraclero cælesti, & tunc infracto animo, vbique terrarū Christi Iesu trophea cunctis loquebatur. Erant omnes pariter in eodē loco. Tam est potens Deus optimus maximusque, vt habitare faciat multos vnus moris in domo, quod mirabile est, vt regius propheta decantat.

**Pfal. 67** Vbi obseruandum quomodo spiritū sanctū expectare debeamus.

**Dogma** Dubio procul fraterna charitas omnium maxime Spiritui sancto placet. Enimvero, si vt testis est philosophus similitudo causa potissima est dilectionis Spiritus sanctus qui amor patris, & filij est, magnopere amātes se mutuo

in Christo diligit oportet. Hinc clamat psaltes sacer & ait. Ecce quā bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnum. Et pulchram similitudinem afferens addidit. Sicut vnguentum in capite quod descēdit in barbam, barbam Aaron. Sicut ros hermon. qui descendit in montem Sion. Sanè in hoc psalmo David totus est, in vnitatem fraternam laudādo. In qua niffalor nedū utilitas magna, sed alacritas ingēs adinuenitur. Quod palam facit dicens. Ecce quā bonum & quam iucundum. Hoc est satis utilis res, & lætitia plena cōprobatur fraternitas, & fraterna dilectio. Quamobrem suauitatem concordie comparat suauissimo vngueto, quorum tum sacerdotes, tum vasa templi illiniebantur, vt in Exodo perspicuum est. Rursus pacem orthodoxam exequat rori, quippe qui montem Hermon, & loca montana Sionis, fecunda & feracia reddit. O rorem cælicū, o spiritum paracletum, quam fecun-

Psal. 132.

Exo. 29.

da effecisti hodie pectora discipulorum in monte Sion sedentium. Expresso vellere, ros descendit in arē & irrigavit eam, Gedeonie aspectante. Et ad eundem modum Christo Iesu passo, & ligno crucis oppresso, Spiritus sanctus è cælo venit. Oro, ut solum vellus siccum sit & omnis terra madens, aiebat Gedeon, & factū est ita. Quod plane per amplius, ac perfectius contingit hodie, salvatore orante patrem. Ego rogabo patrem & alium paraclatum dabit vobis. Sed heu, quia ros iste non super mōtes Gelboe vbi ceciderunt fortes Israel, descendit. Non inquam super improbos superbos infideles, & contumaces hereticos, nec super mādāta Dei aspernantes cadit, sed super habitantes cœnaculum Sion vltro descendit. Ecce in signe, quo tāti magistri discipuli agnoscuntur, dilectio est, dicente domino. In hoc cognoscēt omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem inuicem habueritis.

Mira

Mirabile dictu, non portenta stupenda, non orationes assidue, non denique ieiunia diutina, sed pax orthodoxa & fraterna dilectio, nos filij Dei sectatores subindicat. Summa. Finis precepti est charitas, de conscientia bona, & fide non ficta. Imo beato Ioanne teste, scala qua ad Dei amorē quis conscendere potest, amor proximi est. Qui non diligit proximum quem videt, quomodo diliget Deum quem non videt? Quandoquidem tā est efficax hoc argumētum, ut nullā tergiuersationem patiatur. Haud dubie, qui regis imaginem contemnit, regem ipsum nihilipendat oportet. Et quia homo ad imaginem Dei factus est, quisquis proximum spernit Deum ipsum spernit. Hoc mandatū habemus à Deo, ut qui diligit Deū, diligat & fratrem suum. Vbi aduertendum, quod ratio diligendi proximum Deus est, & ideo in proximo diligere oportet, ut in Deo sit. Quapropter idem specie est actus, quo diligitur

i. Thi. i.

i. Ioā. 4.

i. Ioā 4.

Iudit. 6.  
Figura.

Ioan. 14

Ioan. 13.



ligitur De<sup>o</sup>, & quo diligitur proxim<sup>us</sup>:  
 Sic habit<sup>us</sup> caritatis nō modō se extēdit  
 ad dilectionē Dei, sed etiā ad dilectionē  
 proximī. S. Th. 22. q. 25. ar. 1.  
 Reliquū est fratres, vt post hac, pacē  
 & vnitatem habeamus, & Deus pacis,  
 & dilectionis erit nobiscū. Alio-  
 qui Spiritus sanctus, amor patris, &  
 filij ad nos non veniet. Quinpotius  
 spiritus nequam qui regem Saul, &  
 filiam Cananee acerbissime diuexabat,  
 torquebit eos qui parcere nolūt  
 fratribus suis, & cum illis federa charitatis  
 seruare contēnunt. Et de vnitatem,  
 & concordia discipulorum, in quos  
 paraclētus descendit hactenus.  
 Qui fasius de hac pace orthodoxa videre  
 cupit, in sermone feriæ. 4. huius festi  
 legat diuum Augustinum, vbi disertissime  
 tractat hæreticos nō posse Spiritum  
 sanctū habere, eo quod membra  
 precisā sint. Nunc textum sequamur.

S. Th. 22. q. 25. ar. 1.

1. Re. 16

S. Aug.

Text.

Factus est repente de cælo sonus,  
 tanquam aduenientis spiritus ve-  
 mentis,

mentis, & repleuit totam domū, vbi  
 erant sedentes.

Repentinus sonitus subindicat,  
 quod apostolos latebāt, tā dies, quā  
 hora, qua Spiritus sanctus in sion de-  
 scenderet. Propensiori consilio actū  
 est, vt saluator eis hoc non reuelaret  
 quo omnes dies post illius absces-  
 sum sollicitius se prepararēt. Sat erat  
 eis ex ore benedicto Christi Iesu au-  
 dire. Ioānes quidem baptizauit aqua  
 vos autem baptizabimini Spiritu san-  
 cto, non post multos hos dies. Latet  
 vltimus dies, ait sanctus Augustinus  
 de morte loquens, vt obseruētur om-  
 nes dies. Itaque repente cælitus fa-  
 ctus est sonus, nam etsi de promissio-  
 ne sibi facta, nullatenus dubitabant,  
 de die verò, & hora aduentus paracle-  
 ti nihil sciebant. O quoties animæ  
 sanctæ hoc ipsum contingit, potissi-  
 me in oratione posite. In qua repen-  
 te vox cælica insonat, & interne su-  
 furrat, teste Iob, & tunc exhilarata  
 mens cum sponsa exclamare incipit  
 Anima

+

Act. 1.

Dogma

Iob. 4.

**Canti 5.** Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Verum sic ignita est vox illa, vt gelida nostra precordia exemplo ardeant, & charitatis igne flammescant. Inflammatum est cor meum intra me, & in meditatione mea exarsit. **Re. 19** descendet ignis, aiebat, qui experimēto rem hanc optime norat. Nempe in hoc sibilo aure tenuis apparet dominus, vti Helias profuerit. Precemur charissimi, & rotis nostri cordis medullis oremus, vt vocem hanc omnimellita dulcedine suauiozem audire mereamur. **Nota** Qua insonante conticescunt phantasmata cuncta, silent cogitationes prauē torquentes cor nostrum. Tandem dissipantur, & prorsus pereunt seculi huius funesta desideria. Vos fratres obsecro, si serpentis versuti vocem audieritis, si Euzeloquium, surda aure pertransite. Si demonis vox aut carnis vestrae rugitus crepuerit, minime au cultetis oportet. Nam voces iste non è cælo sed de terra sunt, vipereo veneno ple-

ne.

nè. **Quin** potius cū propheta, quisq; vestrum dicat. Audiā quid loquatur in me dominus Deus. Non vlulatus mundi huius, nec latratus diaboli audire volo, sed vocem vehemēter suauem domini, quique loquitur pacē in plebem suā, & super sanctos suos & in eos qui conuertuntur ad cor. Ecce omnes tam improbos quam pios omnes ad se vocat, qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Felix qui hanc vocem Dei omnipotentis audierit, & statim experrectus, cum Samuele clamarit. Loquere domine quia seruus tuus audit.

Cæterum, sonus hic seu vox cæli. **Collatio** missa, veluti præco fuit maiestatis Spiritus sancti venientis. vt enim ante regum aduentum tuba crepat, prece alta voce clamat, quo omnibus regem propius esse palam sit, ita decebat, vt rege regum aduentante, & Spiritu sancto descendente in apostolos, vniuersa ciuitas id non igno-

li raret

raret. Hinc factum est, vt voce hac in sonante ad canaculum Sion omnes aut pene omnes, tam ciues quam ex-  
 teri, & aduene conuolarent, & prin-  
 cipem apostolorum Petrum predi-  
 cantem audirent. Beatum dixerim  
 concionatorem, qui non fauore hu-  
 mano, multitudinē audientium cō-  
 glomerat, sed è cælo vox resonat, &  
 corda fidelium allectat, accerferque,  
 vt sermonem audiant. Ijs plane fru-  
 gi erit predicatio, nam cōfestim bea-  
 to Petro concionante, tria millia ho-  
 minum conuersa sunt. Sub hac,  
 vox illa vento vehementi persimilis  
 erat, vbi sancti spiritus vis, & vehemē-  
 tia signatur, autore Chrysofomo.  
 Mira res, nō tuba, aut tonitruum re-  
 sonabat, vt olim in monte Sina quā-  
 do lex terroris data est Moyfi. Sed cō-  
 tra vox suauis auditur, vbi lex amoris  
 per Spiritum sanctum in cordibus  
 hominum exaratur, ac digito Dei sa-  
 crum euangelium in tabulis cordis  
 credentium scribitur. Quem digitū  
 profecto

Predica-  
tor.

Acto. 2.

Exo. 20.

Exod. 3.

profecto magi Pharaonis predicaue-  
 runt in Egipto, dum in tertio signo  
 deficientes clamauerunt. Digitus  
 Dei est hic Perinde dicant, virtus al-  
 tissimi adest, & mirabilia hæc opera-  
 tur, cui obistere minime valemus.  
 Signanter ait Lucas, repleuit totam  
 domum vbi erant sedentes. Ecce in-  
 dicat ventum hunc non vulgarem  
 fuisse, aut è terra, sed de cælo, alioqui  
 totam ciuitatem efflasset, & non tan-  
 tum domum illam in qua moraban-  
 tur discipuli. Excitauit magis eorum  
 animos sonitus hic, vt Chrysofomo  
 placet, & ideo totam repleuit domū.  
 Sedentes erant non humi prostrati,  
 aut genu flexi, eo quod horam illam  
 tantopere desideratam nesciebāt, vt  
 nuper diximus. Sedere etiā trāquilli-  
 tatem, & pacem animi insinuat, qua  
 vel maxime potitur qui orationi, &  
 contemplationi vacat. Sic scriptum  
 est. Sedebit solitarius & tacebit, quia  
 leuauit se supra se. Ad eūdem modū  
 apostoli segregati ab omnibus seculi

Nota.

S. Chry.

Thren.

curis, velut solitariam agebant vitā leuantes se supra se, & saluatoris gloriosam mortem, resurrectionem & mirabilem ascensionem contemplātes. Sedebant quidem, quoniam pax multa diligentibus legem Dei, quæ

Esa. 48. improbis denegatur. Dicente Esaia.

Non est pax impijs, dicit dominus. Imo, cor impij sicut mare fernēs est quod quiescere non potest. Sed roget aliquis, quorsum vox hac cælica non plures domos huius ciuitatis sanctæ repleuit, sed hanc vnam dum

Canti. 6 taxat? Plene id sacramenti hoc habebat, quia vna est colūba Christi, vna perfecta sponsa Romana ecclesia, in qua tantūmodo Spiritus sanctus ha-

Figura . birat. Mirabile dictū. In vna domo agnus typicus comedendus erat ex legis edicto. Et ideo Spiritus sanctus in voce vehemēti, & igneis linguis, neutiquam super plures domos, sed

Ecclesie vnitas. super vnā apparuit. Pudeat Hæbreos & hereticos suam sinagogam Sathanae, ecclesiam appellare, quoniā sal-

uatoris

uatoris vox ea est. Super hanc Petrā Mar. 16. edificabo ecclesiam meam. Ecce vnā ecclesiam non plures fore indicauit. Quid quod domus illa, quæ hac voce diuinitus facta replebatur, vniuersum orbem adumbrabat. Et quia Spiritus sanctus omnes absque delectu sanctificare venerat, eam ob rem totam domum impleuit. Nec in hoc vniuersi sibi signo dignatus apparere paracletus; sed in igne vibrante videri voluit, quemadmodum sequentia subindicant.

Et apparuerunt illis dissipertite lingue, tanquam ignis, seditq; supra singulos eorum. Text.

Satis bene Spiritus sanctus in igne apparuit, nam vere ipse Deus est, à patre & filio procedens, vt saluator ore suo sacro ostendit. Deus noster teste Mose, ignis consumēs est. Equidem mentes nostras ipse purgat, perficit, ac roborat, ita vt nihil fedum, nihilque fordidum in eis relinquat. Quem ignem filius Dei maxime pe-

Deut. 4

Luce. 12 re hominibus dare cupiebat. Ignem  
 veni mittere in terram, quid volo ni  
 si vt ardeat? Sanè charitas multorum  
 iniquitate inundante, sic tepebat, ac  
 frigescebat, vt hominum pectora ge  
 lu ipso frigidiora efficerentur. Vt er  
 go in Dei amore homines incalesce  
 rent, opus habebant igne hoc cæle  
 sti. Videte charissimi virum lineis in  
 dutum, cui preceptum fuit ingredi  
 in medio rotarum quæ sunt sub  
 Cherubin, & imple manum tuã pru  
 nis, & effunde super ciuitatē, quod  
 statim factum est, vt testatur Ezechiel  
 O virum sanctum, lineis indutum,  
 imo sanctorum omnium, & ange  
 lorum sanctitatem, quis obsecro im  
 pleuit manus suas igne & super ciui  
 tatem sanctam misit hodie, nisi Chri  
 stus Iesus, qui antequam mortē ope  
 teret Spiritum sanctum dare suis di  
 scipulis pollicitus est? Si autem abie  
 ro, ait, mittam eum ad vos. Idque in  
 facta hac ac celeberrima solemnita  
 te impletum cernimus. Quid multa?

Ignem

Ignem sancto hoc Abel iusti sacrificiū,  
 Noe holocaustum, & Abrahæ, & o  
 mnium prophetarum sacrificia con  
 sumpta sunt. Nam placita erāt Deo,  
 & ob hanc causam ignis de cælo de  
 scendens ea comburebat. Quin in ta  
 bernaculo & in templo Salomonis,  
 altare quodam erat in quo ignis ille  
 seruabatur, qui olim è celo descende  
 rat. Et quia filij Aarō super thuribu- *Leui. 10.*  
 la, alienum ignem posuerunt, ignis  
 egressus à domino eos deuorauit. Ca  
 uete charissimi, affectu iniquo, & de  
 siderio nequam orationes & eleemo  
 synas faciatis, sed ab altari Dei ignē  
 accipite. Ignem charitatis cuncta bo  
 na coram Deo succendite, ne forte  
 ignis geenalus vos excruciet. Quod  
 autem instar lingue ignis apparuit,  
 sacramento nō vacat. Lingue igne *Nota*  
 serpentis versuti, & Enæ iacturā ma  
 ximam mundo attulerunt, qui ignis  
 non è cælo sed de inferno ascendit.  
 Par erat vt ignis cælestis in quo Spi  
 ritus sanctus apparuit in modum

li 4 lingua

linguarum descenderet, quo lingue ignee caelestes, igneas linguas inferni superarent, easque poenitus absorberent. Verum lingua membrum ac commodum est, ad Spiritus sancti arcana exprimenda. Huc attinet illud saluatoris. Non estis vos qui loquimini sed Spiritus sanctus qui loquitur in vobis. O quam candidam, quam conspicuam, & omnibus virtutum numeris absolutam, oportet esse vitam predicatorum, in quibus Spiritus sanctus loqui dignatur. Iis plane veluti organo paracletus vititur ad conuertenda hominum corda. Rursus lingue ignee vise sunt super eos, quia Spiritus sanctus ad instar prioris seculi, vniuersitatem fidelium, vnius labij esse voluit. Ita vt quorum erat cor vnum, & anima vna, vna esset lingua. Nec posset impedire intellectum credentium aliqua verborum diuersitas, sed euangelica doctrina propria lingua prolata, ad omnium auditum, eandem efficaciam obtineret. Vnde

Predicatores.

S. Cypr. ferm. de Spu sancto.

factum est. Vt graecis & barbaris, omnibusque gentibus verbum euangelij sic esset intelligibile, ac si in eorum auribus lingue in qua nati erant idiomata resonarent. Itaque vt martyr Cyprianus inquit, dum haebra lingua apostoli predicarent, locutio iudaica enunciationis suae articulos cursu consueto euoluens, nullo exponebatur interprete. Sed verbo eorum per Spiritum sanctum inerat virtus, & gratia, vt habitantes pontum, & Asiam, suam dicerent esse linguam. Quasi primitiue lingue libertas ad antiquitatis reuerfa originem, confusionis contumeliam euassisset. Intus ardebant, extra loquebantur, amplectentes se dilectio & verbum, & de calore spiritus sermo feruebat ignitus.

S. Cypr.

Ceterum, per ignitas linguas Spiritus sanctus apparuit, vt se ostendat illum fore qui de rubo ardenti dixit Moysi. Ego sum dominus Deus patrum tuorum. Deus Abraam, Isaac, & Iacob.

**Exod. 3.** cob. Hac voce audita abscondit Mo-  
**Figura.** ses faciem suam, non enim audebat  
 aspicere contra Deum. Proculdubio  
 ignis ille lucebat, non tamen virētia  
 folia rubi, aut eius flores combure-  
 bat. Ideo stupefactus propheta dice-  
 bat. Vadam & videbo visionem ma-  
 gnā hanc, quare non comburatur  
 rubus. Et ad eādem imaginem ignis  
 iste in quo Spiritus sanctus descēdit  
 nihil nocementi prese tulit discipu-  
 lis Iesu, nec capillum capitis combu-  
 sit. Quin mentes illorum illuminās  
 simul eas inflammavit.

Quod verò dispertite ac diuise lin-  
 gue apparuerint, ad varia dona Spi-  
 ritus sancti refferri oportet, quippe qui  
 apostolo autore, diuidit singulis, do-  
 na sua pro vt vult. Hoc est, non ratio-  
 nem meritorum cuiusque conside-  
 rat, sed sponte ob suam indulgentissi-  
 mam charitatem, cuique sua largitur  
 dona, alij datur sermo sapientiæ, alij  
 sermo scientiæ, alij genera linguarū,  
 alij interpretatio sermonum. Hæc  
 omnia

omnia dātur ab vno & eodem spiri-  
 tu, diuidens singulis pro vt vult. Præ-  
 terea, sedere supra singulos eorum,  
 inhabitationem Spiritus sancti sub-  
 indicat. Non vtique eos destituit vn-  
 quam, postquam hodie in illos venit  
 Vnde pollicitatio illa saluatoris ad **Ioan. 14**  
 impleta est, ego rogabo patrem, &  
 alium paraclētum dabit vobis, vt ma-  
 neat vobiscum in æternum. Perinde  
 dicat, ego quidem corporali presen-  
 tia, ad tempus consolatus sum vos,  
 ipse verò in cordibus vestris habita-  
 bit, nūquam discedens à vobis. O do-  
 num ardentissimis votis expetēdum,  
 ò thesaurum mille etiā mortibus  
 comparandum, vt maneat paraclē-  
 tus vobiscum in æternum ait domi-  
 nus. Verum enimvero, nō Sauli im-  
 probō sic euenit. Ille vt puer vnus  
 anni erat quando regnare cæpit, &  
 duobus annis regnavit, recte & san-  
 ctē. Veruntamen, piaculis illius exi- **1. Re. 15.**  
 gentibus, discessit ab eo spiritus do-  
 mini, proh dolor, confestim inuasit  
 eum

eum spiritus nequam. Qui eum diu noctuque, acerbissime cruciabat. Cā dor innocentiae in illo elucebat, cū regnare capit, & misere in omnigena scelera dilapsus, Spiritus sanctus illum dimisit. Idque de Salomone omnibus perspicuum est, ille qui afflatu diuino sic doctus euasit, vt omnes reges, qui fuerunt ante eum prece-deret sapientia, veluti ipse de se confatus est, ille met, qui templum mirabile Deo optimo tam magno apparatu construxit, idolorum domos erexit, & quod longe maioris peccatū fuit, idola ipsa coluit, & in senectute sua simulacra demoniorum adorauit. *s. Re. ii.* Profecto fratres tremens ac stupens hęc recolo. Cum iam esset senex, ait scriptura, deprauatū est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos. Et colebat Salōmon Astharthem deam sidoniorum, & chamos Deum moabitarum, & Moloch idolum ammonitarum. Sanè super hos Spiritus sanctus non sedit, sed obiter habita

habitu, & cursim, ob immania eorum delicta illos deserens. At contra super discipulos requiescēs, thronum in eis suum collocauit. O quā merito hodie dicere poterim⁹, quod filij prophetarum, iam Helia ascendente in caelum de Eliseo discipulo eius asserebant. Remansit spiritus Helie super Eliseum Nempe discipuli Christi Iesu videntes magistrū cōscendere duplicem spiritum eius postulabant. Res satis difficilis hęc erat sed si videritis me ascendere fiet vobis, ait dominus. Ecce hodie duplicē spiritum acceperunt, non quod in duas partes diuisus sit spiritus, sed quod populo christiano, cuius typū Eliseus gerebat, potissime apostolis & discipulis, data est potestas in opere & sermone Et ascendētē Heliam, id est Christum, pro desiderio sequutus fide claruit & intellectu, & vita, & signis, & miraculis fulserit, & exemplis. Hic sacrarum ordinum distributor reges creat, & principes, fa-

4. Re. 1.

S. Cypr.

crat



crat pontifices, eligit sacerdotes, hic sanctorum animas omnimodis fecit dat virtutibus. Sapientia Salomonē, intellectu Danielem, Ioseph consilio, Sanfonem fortitudine, Moysen scientia, Dauid pietate, Job timore prosequitur. Hic adeo pacificos prouehit affectus, vt iam in cælis nostra sit conuersatio, diffusa in nobis charitate per ipsum, qui datus est nobis. Hic humiles domesticos habet, turgidos abominatur, falsariosque vehementer abhorret. Mira res, Giezi mercenarium lepra condemnat, & Ieroboam sacerdotia vendentem cū apostatis locat. Balaam ad maledicendū conducto silentium imponit, & per asinam redargutum, colliso ad parietem pede, vacuum pecunia, cōtumelia ornatum, claudicantem ad propria remisit, confusum. Ecce quā mira, quāque ineffabilia Spiritus sanctus operari soleat, quia vere omnipotens, & Deus maiestatis est. Sedit ignis supra singulos eorum, videlicet,

Nota.

cet, apostolorum & discipulorum, nam longe aliter prophetis antiquis accidit. Ezechiel librum edidit, comedens quæ dicturus erat, Hieremie linguam tetigit manus domini, Dauid oleo vngitur, Moses vocatur per ignem rubi. Non autem itidem hic factum est, vt Chrysostomus pulchre notat, sed ignis cælestis infedit largitatem gratiæ spiritus adumbrans. Ratio quia prisci patres ad vnā mittebantur gentem dumtaxat, isti vero ad vniuersum orbem, ad nationes hæcenus incognitas. Dicente domino. Ite in mundū vniuersum, & prædicate euangelium omni creaturæ.

S. Cris.  
ho. 4. in  
acta.

Mat. 16

Sed quid subest cause quod super Christum Iesum baptizatum in specie columbe Spiritus sanctus apparuit, & super apostolos & discipulos in igne visibili, idē spiritus venerit? Quenam similitudo columbe mansuete, ad ignem flammantem? Quandoquidem in Christo Iesu sanctitas & candor innocentie mirabilis erat quamuis

Questio

Nota

quamvis in similitudine carnis peccati apparuerit filius Dei. Et quoniam columba animal mansuetum est, & felle caret, in columba Spiritus sanctus super eam venit, & mansit, conrestans eius puritatem, & mansuetudinem. Atqui apostoli non æque perfecti erant, ut non aliquid infirmum adhuc haberent, quod erat purgandum. Et quia ignis suapte natura, aurum, argentumue, purgare solet, decebat ut in igne paracletus super illos appareret. **Quid** quod in columbe proprietatibus septem dona Spiritus sancti signantur, ut fufius sanctus Thom. explicat. 3. p. q. 39. ar. 6. ad. 4. Necnon beatus Augustinus ait. In columba simplicitas commendatur iuxta illud. Estote simplices sicut columbe. In igne feruor, ne simplicitas frigida maneat. Utinam charissimi super nos nunc Spiritus sanctus descendat, sed oportet ipsi tales simus quales ille esse desiderat. Super quem requiescet spiritus meus ait pa-

Mat. 10.

Esa. 66.

ter

ter caelestis, & Christus filius Dei, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea? Tria hæc magnam habent emphasim, vos ea tota animi attentione expendite. Humilis sit mens nostra, & à quavis arrogantia aliena. Deus namque superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nonne Eliseus paupercule mulieri dixit, pete à vicinis tuis vasa vacua non pauca, & cum plena fuerint oleo tolles? Res dictu mirabilis, clauso ostio filij eius ei vasa offerebant, & illa infundebar. **Qua** dicente, affer mihi aliud vas, filius respondit. Non habeo, tunc oleum stetit, nec amplius manauit. Agite & vos fratres, corda vacua & omnis auaritiæ, & spurritiæ expertia Deo offerre, & ipse statim oleo suæ gratiæ implebit. Oleum alacritatis, & gaudij Spiritus sanctus est. Alioqui David non diceret de Christo Iesu prophetans. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo latitiæ præ consortibus tuis. **Quam**

Iaco. 4.

4. Re. 4

Figura.

psal.

Kk obren

**Ioan. I.** obrem de eius plenitudine omnes accipimus gratiam pro gratia. Secūdo oportet nos quietos esse, & pacē habere triplicem, ad Deum, ad nos, & ad proximos nostros. Fructus spiritus, pax, gaudium sunt. Tertio denique sermones Dei timeamus minas illius fugientes, pollicitationesque eius toto adfectu amplexantes. Vnde **Iac. I.** clamat Iacobus. Qui perspexerit in lege perfecte libertatis & permanferit in ea, non obliuiosus auditor factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Singula notatu sunt digna, at non vacat ea profsequi. Sanē ille timet sermones Dei, qui mandatis eius paret, pietatem colit, & opere prestat, quod fide illibata proficitur. Et quoniam apostoli humilitate magna fulgebant, pace & tranquillitate fruebantur, nil terrenum ambientes, in super & verba Dei reuerbantur expectantes paraclerum, propterea ipse veniens super eos sedit, requieuit, ac sponte mansit.

Quid

Quid iam vultis charissimi dicam de hoc caelesti igne nisi quod in libro sapientiae memoriae proditum est? **Sapient. 10** Quod enim mirabile erat, in aqua quae omnia extinguit, plus ignis valebat. Persuasum mihi habeo, quod hierosolimite videntes ignem super Montem sion ardentem, aquam adxerunt, volentes illum extinguere. At predicantibus apostolis magna lia Christi Iesu, quam multi conuersi sunt, & eadem aqua quam attulerant baptizati, & sic ignis ille nedum extinguebatur, sed magis ac magis ad auctus inualescebat. Rursusque super denuo lauacro baptismatis ablutos, in specie ignis fulgurantis, Spiritus sanctus descendebat. Huc pertinet illud. **Matt. 3.** Ipse baptizabit vos, Spiritu sancto & igni. En fedus magnum, & vicissitudo stupenda, inter aquam sacri baptismi, & ignis gratiae diuinæ. Haecenus fratres de signis illis visibilibus, aere vehemēti & igne, nonnulla audistis, nunc precor, quid

Kk 2 19ter

interne Spiritus sanctus ineffabili virtute sua sit operatus auscultate.

Text.

Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.

X

Piane quando omnes repletos Spiritu sancto asserit Lucas, tam apostolos quam discipulos adnumerat. Ne dum homines tantum donum hoc receperunt, sed & mulieres sanctæ. Sic enim vaticinium Ioelis impletum est, quod plane beatus Petrus eodem die exposuit omni populo. Hoc est, clamat quod dictum est per prophetam Iohalem. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filij vestri, & filie vestræ, & iuuenes vestri videbunt visiones. Et seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem, super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt. Et dabo prodigia in cælo sursum,

loc. 2.

sum, & signa in terra deorsum. Ecce pulchre, & conspicue aduentus spiritus sancti, super filios & filias hebreorum, multis retro diebus deliniatus fuit. Aduertendum, quod nunc spiritus veritatis, nunc paracletus, nunc vt in psalmo legimus, appellatur spiritus rectus, spiritus principalis, hebraice habetur, spiritus spontaneus. Sed profecto, autore diuo Basilio, peculiari eius & precipua appellatio, spiritus sanctus vocatur. Ratio, quia suapte natura inuisibilis, & incompressus est. Hic spiritus sanctus primo mansit super Christum in Iordane, vti iam meminimus, quemadmodum Esaias prophetarat de Messia. Requiescet super eum spiritus domini. Spiritus sapientiæ & intellectus. Spiritus consilij & fortitudinis. Spiritus scientiæ & pietatis. Et replebit eum spiritus timoris domini. Requieuit inquam prius super virgam Iesse florentem absq; mēsurā, effundens omnium

Psal. 50.  
S. B. li  
de Spū  
ca. 9.  
Esa. 11.

*In festo pentecostes.*

charismatum dona animæ Iesu, quo iam essent, septē oculi in lapide vno, Zach. 3. vt Zachariæ reuelatum fuerat. Et in candelabro aureo appaerent septē Exod. 25 lucerne. Nunc verò saluator in suis membris effundit spiritum suum affatim quippe qui eos repleat sua gratia. Mirabile dictu, iam non vt olim de spiritu Moisi datur septuaginta senibus, ad onus populi obeundum. Num. 11 Non quidem à capite Aaron oleum guttatim descendit, in oram vestimentorum eius, sed de plenitudine Christi Iesu apostoli implètur, ita vt apostolus Paulus incūctanter dicat. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Ecce fratres vasa illa vacua, de quibus paulo superius loquebamur, balsamo precioso repleta sunt, nam qui terrena vltro deserunt, aeterna verò toto affectu appetunt, digni sunt qui rore gratiæ impleantur. O si quāto cyus, cuncta visibilia ob Christi amorem à nobis abdicantes

*Declamatio vndecima.*

260

res, summo numini addicti essemus. Dubio procul, extemplo cum regali citharedo, tum corde, tum etiam ore clamitantes diceremus. Quid mihi est in cælo? Et à te domine, quid volui super terram? Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum. Quandoquidem, qui tam alte se extulit, & omnia sua, & se, in Deo collocauit, is à quibusuis calamitatibus multiformis seculi tutus est. Qui confidit in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem. Nempe ille pure ac sincere in Deo confidit, qui perspecta cæterarum rerum imbecillitate, se toto pectore Deo committit. Quod nemo sine dono Spiritus sancti efficere potest. Is profecto, toto mundo superior est, animusq; eius vel ruente cælo immobilis manet, sed heu quia hanc fiduciam non æque plerique amplectuntur. Equidem quo quisque ad illam accedit propius, eo plus fortitudinis, constantie, ac securitatis

Psal. 72.

Pf. 124.

1. Cor. 2.

Acto. 2.

Sapient. 1

ritatis acquirat. Quippe quæ ita esse, tantum spiritalis vir certo scit, alij autem fabulas existimant. Dicente apostolo, animalis homo, nescit quæ Dei sunt, sed stultitia est illi. Sic nifi fallor apostolis varijs linguis loquentibus Dei summi magnalia, non nulli dicebant. Hi musto pleni sunt. Atqui, vt hierosolima montibus circumcirca communitur, ita dominus omnipotens suo auxilio electos suos sepit atque tutatur. Et hoc est dicere Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui.

Sed nunc lubet, vberius de hac repletionem expendere. Quid ni apostolos & discipulos orantes, & in vna domo congregatos repleat spiritus sanctus, qui vere omnem terram replet? Sapiens iam loquatur, quid de Spiritu sancto sentiat. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Ecce quanta sit maiestas & celsitudo Spiritus sancti, nam si spiritus

spiritus domini est, à patre & filio procedens tanquam ab vno principio, sane ipse Deus est. Vnde optime sequitur Spiritum sanctum vbique esse, & non modo orbem terrarum; sed caelos omnes replere. Vox eius ea est. Ego caelum & terram impleo. Et iterum, caelum sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum. Idque sapiens palam fecit dicens. Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Verum ipse omnia continet, omnia replet, omnia scit, quoniam Deus verus est, cuius sapientia non est finis. Mira res, consolatorem habemus vbique presentem, protectorem omnipotentem, doctorem omnia scientem. Equidem talem paracletum, & consolatorem vbiq; presentem exigebant tot miserijs adducti, talem protectorem omnipotentem tot vitijs corrupti, talem deniq; doctorem omnia scientem, tot erroribus adducti. O doctorem efficacem

Sco. 1. d. 4. 9. 4.

Hier. 33. Esa. 66.

Nota

Oratio.

o protectorem fortem, o consolato-

rem satis suauem, veni statim o lumē  
 cordium, veni dulcis hospes animæ,  
 & cæleste animæ nostræ solamē. Pro  
 tege nos paraclete sancte, & suggere  
 omnia quæ nobis Christus Iesus reli  
 quit oracula. Sed ad rem, quāquam  
 spiritus iste omnia contineat, omnia  
 & repleat, vt ostensum est, nihilomi  
 nus aduentum eius in hac penteco  
 stes celebritate colimus, atque in  
 ea plenitudinem quam ipse largitus  
 est apostolis decantamus gaudentes.  
 Ratio, quia Spiritus sanctus sicut &  
 tota Trinitas aliter adest per vbique  
 presentem maiestatis suæ potentiā,  
 aliter adest per illuminantem sapiē  
 tiam, atque aliter per aspiratē gratiā.  
 Attendite fratres obsecro. Maiestatis  
 suæ presentia adest omnibus creatur  
 is corporeis, & incorporeis, tam ani  
 matis quam inanimatis. Spiritus sa  
 pientia attingit vbique propter suā  
 munditiam. Per illuminantem sapiē  
 tiam, adest idem spiritus rationali  
 bus creaturis dūtaxat. Omnibus in  
 quam

quam tam bonis quam malis, beatis Ioan. I.  
 simul & miseris. Illuminat quidem  
 omnem hominem veniētem in hūc  
 mundum. Quod si omnem hominē  
 ergo iustos & iniustos, beādos & da  
 mnandos. Per spirantem gratiam  
 adest cunctis bonis, tum perfectis, tū  
 etiam imperfectis, beatis atque bean  
 dis, ipse est qui operatur omnia in  
 omnibus, diuidēs singulis prout vult  
 teste diuo apostolo Paulo. Itaq; pre  
 sentia maiestatis suæ presto est omni  
 creaturæ, semper vbique adest, & nū  
 quam omnino deest sicut nusquam  
 abesse potest. Et secundum hūc mo  
 dum, nusquam habet recedere, nu  
 squam, potest redire, sed vbique omni  
 tempore immobiliter permanet. Sa  
 pientia suæ participatione rationa  
 bilibus creaturis penitus abesse nō  
 potest, quibus semper sapientia suæ  
 participatio comunicabilis est, alio- Nota  
 qui rationales non essent. Secundū  
 effusionem gratiæ eisdem ipsis po  
 test, & post diutinam absentiam pre  
 sens

sens adesse . Et iterum post longam presentiam absens fore , & longius abesse . Et sic spiritus sanctus vadit & venit , recedit & redit . Hinc orabat regalis propheta . Redde mihi lætitiã salutaris tui , & spiritum sanctum tuũ ne auferas à me . Spiritũ sanctum ait , Bernardus . Ipsum intellige proprio nomine designatum . Rogat ergo ne proijciatur à facie eius , tanquam aliquid immundum , quia spiritus iste sordes odit , nec habitare poterit in corpore subdito peccatis . Est enim ei proprium peccata expellere , & de

**Pfal. 50.** lista odire . Imo peruersæ cogitationes separant à Deo . Sanctus Bernardus , serm 3 . huius festiuitatis . Descendit igitur Spiritus sanctus secundum effusionem gratiæ in terram , quæ in æternum stat , idest in primitiuam ecclesiam , contra quam porte inferi preualere nequibunt vnquam . Est sane fundata supra firmam petram . De hac terra dixit Dauid . Visitaſti terrã

**Sapient. 1.** & inebriasti eam . Stupenda res , sic huius

huius terræ habitatores mero illo spiritali pleni fuere , vt multi mirari possent quo nam pacto ebrij essent , cum tertiã hora foret . Inebriata est terra quã visitaui altissimus , & ideo tam cõstanter egit , qui prius ad vnus ancille vocem expauit , Christum Iesum abnegans . Cæteri verò , qui se ob metum iudæorum absconderãt , iam palam intrepidi Christum profitentur corã principibus sacerdotum qui saluatorem cruci addigerũt . Vnde tam repentina mutatio , nisi quia virtute ex alto induti fuerant ? O vere beati apostoli , qui talem magistrũ habuerunt , qui spiritum veritatis acceperunt , quique omnium scientiã habet , & omnium scientiam dare potuit . Is plane sua gratia illos repleuit , eorum animos roborauit , & illorũ mentes ad omnem illuminauit scientiam . Iuxta illud . Docebit vos omnia .

Sed nõquid antehac discipuli Spiritu sancto carebant ? Si sancti spiritus



tus gratiam non habebant, quomodo demonia in nomine Iesu eiciebant? Quo pacto multa portenta operabantur? Verum nemo potest dicere. Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto, ergo nec aliquid boni operari valebit sine virtute huius diuini numinis. Longe plus est operari, quam loqui. Afferendum ergo est discipulos spiritum sanctum habuisse ad infusionem, non autem ad effusionem. Infusio quidem ad refectioem pertinet, diffusio ad satietatem, & repletionem. Parum olei habebat mulier illa sunamitis in domo sua veluti ipsa confitebatur. Sed virtute diuina ex eo fons factus est, de quo repleta sunt vasa propemodum innumera. O felicem animam qui cum muliere illa afferere poterit. Nō habet ancilla tua nisi parū olei in domo sua. Nempe qui stillā gratiæ diuinæ possidet, affatim diues est, & rege Cresso locupletior, Salomone sapientior, necnon & Sansone forcior. Cæterū

Ricard.  
de Sancto  
Vi.

4. Re. 4

ad

ad effusionem vsque, hodie discipuli spiritum sanctum receperunt, cuius ope freti, iam non sibi ipsis tantum, sed alijs proffint. Taceo mirabilem fortitudinem, sileo stupendam, & hæcenus inauditam scientiā, quā ab hoc sancto spiritu omnes, in hac pentecoste acceperūt. Saltem de dulcedine qua paracletus hic corda illorum repleuerit nonnulla dicam. Magnopere cupiens, ut cūque suauitatē illius delibare, procliui genu deprecans, vt & vos charissimi, eam degustare mereamini. Stat quidem sententia illa annotatu dignissima, per Salomonem, spiritu diuino affatū conscripra. Anima satiata, calcabit fauam. Quandoquidem mēs nostra vbi suauitate spiritus sancti plena fuerit, subinde mundi delicias, & carnis fetide cuncta oblectamenta, sponte aspernatur, prorsus & conculcat. Totā ergo indagine intellectus fratres nunc expendamus, quam sit dulce, quāque iucundum, atque suauē, eius

Quanta  
sit dulce  
do Spūs  
sancti.

Prou. 27

conso-

consolatione frui, eius delectatione repleti. Enimvero illius suauitas omnem suauitatem vincit, illius dulcedo quamlibet voluptatē excedit. Pater & filius, à quibus ipse spiritus paracletus procedit, veritatem hanc ore suo testētur. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum. Quid dulcius melle, cum Sansone ego dicam? Nihil profecto suauius melle reperiri potest in terra. Quin vt sapiens asserit, fructus apis iniciū habet dulcedinis. Dulcior autem est spiritus sanctus quauis mellita dulcedine. Testis sit huius rei ille, qui experimēto hoc agnoscens sese continere non valuit quo minus exclamaret. O quam bonus & suauis est domine spiritus tuus in omnibus, alia translatio habet, in nobis. Ideoque eos qui exerrant partibus corripis, & de quibus peccant ammones, & aloqueris, vt relicta malitia credant in te domine. Habēt lane singula verba emphasin non vulga-

vulgarem. Nos verò procedamus, sat sit illud considerare, quod nedum suauis est spiritus domini, sed bonus. Et sicut suapte natura immensē bonus est, ita suauitas & dulcor eius immensus, & ineffabilis est. Huc attinet illud prophetae. Quā magna est multitudo dulcedinis tuæ domine, quā abscondisti timentibus te. Perinde dicat, quam ingens, quam ineffabilis mitissime Deus, quam foris & potens est multiformis suauitas quæ in solo te extat. Verum dici non potest sentiri autem potest. Rudis nāque est lingua carnis, & balbutiens ad explicandam vel minimam partem suauitatis spiritus tui. Quam magna est domine multitudo dulcedinis tuæ. Nā talia sunt ac tanta premia illa quæ in cælo colentibus te parasti, vt eorum magnitudo, & præstātia, neque oculis cerni, neque aurium sensu percipi nec animo saltim queant comprehendī. Atqui, de ea dulcedine vir sanctus loquitur, quam pij degustare solent,

Psal. 30.

Dulcedo Dei.

vel in medijs calamitatibus vita hu-  
 ius erumnoſe. Ea verò talis & tanta  
 eſt, vt dum miſeri extimãtur ab alijs,  
 ipſi ſe beatos ducant. Mira res, & tan-  
 tummodo electis Dei conſpicua, in-  
 gens dulcedo Dei cuncta ſuapte ama-  
 ra ſuauiã redit. Hinc apoſtoli gaudẽ  
 tes ibant à conſpectu concilij . Cur  
 ita? Quoniam digni habitu ſunt pro  
 nomine Ieſu cõrumeliam pati. Quis  
 adeo ſtupidus, qui non miretur? Poſt  
 flagella, ſcalentẽs carceres, poſt innu-  
 mera probra, gliſcebant interne, &  
 externe gaudebant, dulcedine ſum-  
 mi Dei rapti . Nec abſimile eſt illud  
 Pauli. Repletus ſum cõſolatione, ſu-  
 perabundo gaudio in tribulationi-  
 bus. Nõne fratres, hoc eſt quod olim  
 multi admirabanturẽ dicere de forti  
 egreſſa eſt dulcedo? Quid aliud tribu-  
 latio, aut perſecutio, quam leo ru-  
 giens? Nempe erumna plures proſti-  
 gare ſolet, & ſua ſeuitia quam mul-  
 tos deiicit. In hoc leone fauus mellis  
 fortis Sanſon, gratia Dei fretus quo-  
 tidie

Acto. 5.

2. Co. 7.

Iudi. 14.

Figura .

tidie inuenit, dum in aduerſitatibus  
 anime quior factus exultans Deum  
 optimum ore & corde collaudat, ma-  
 gnificatque. Quid ni dulcedo ſpiri-  
 tus ſancti, omnes labores quamlibet  
 immanes dulcorare valeat, quando  
 aque Marath, quippe quas nemo bi-  
 bere poterat, eo quod valde amare  
 erant, moſe mittente ligno quod do-  
 minus ei oſtenderat, ſtatim in dulce-  
 dinem verſe ſunt? Ad hæc, aque Ieri-  
 cho, fale, quod in vas nouum miſit  
 Eliſeus dulcorate ſunt, adeo vt in eis  
 nihil manſerit amaritudinis, & gra-  
 tia ſummi Dei id non in mente ſuo-  
 rum fidelium poterit operari? Ecce  
 ego ſanaui aquas has, dixit ſeruus  
 Dei ciuibus Iericho, & non erit vltra  
 mors, neque ſterilitas, & ita factum  
 eſt. At paracletus ſua ſuauiã re-  
 plẽs diſcipulos hodie clamat. Ecce  
 aquas amariffimas mundi ego ipſe  
 ſanaui, & in quibusuis calamitatibus  
 mortem non inuenietis ſed vitam,  
 neque ſterilitatem reperietis, ſed ma-

Exo. 15.

4. Reg. 2  
Figura .

Nota

gnam frugem, magnūq; commodū. Beati eritis cum maledixerint vobis  
**Matt. 5.** homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos inquit dominus, mentiētes propter me gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in cælis. En quantum dulcedinem prebuit dominus erumnis huius vitæ, & quam frugiferas eas effecit. O cor felix quod hoc melle repletur. O beata anima, quæ tali suauitate reficitur Sane baptista qui ex vtero matris suæ spiritu sancto  
**Matt. 3.** replet<sup>9</sup> fuit iuxta Gabriëlis oraculū, in deserto scalenti mel inuenit, & co victitabat. Mirabile dictū, sub hirsuta veste, in solitudine degens qui toto corde Deum diligit, postquam cū cæta visibilia pessundauit, mellis sua suauitate Spiritus sancti reficitur, & nectareo cibo alitur, cælestibus delitijs, & dapibus abundans. Tunc clamat sponsus, & iure optimo sponsam laudat. Quā pulchra facta es, & quā decora charissima in delitijs. O animam

**Canti. 7**

mā vehemēter infelicem, de quā dominus ait. Usquequo delitijs dissolueris filia vaga? Quādiū lutulētas voluptates amplexaris, misera anima? Projice sordidas delitias, ecce vere ac candide delectationes, quæ in dextera Dei sunt, nūquam periture. En dulcedinem cælestem, quam paracletus affluentissime impendit electis suis, quos inuisere dignatur. Omnes beati qui toto pectore hanc suauitatem esuriunt, & siciūt. Nissallor ipsi saturabuntur, cum eam gustauerint, in hoc calamitoso exilio. Audacter iam asserere ausim, quod stilla mellis huius potest, quod totus mundus efficere nō valet. Cor hominis quod orbis nō fatiat, huius dulcedinis gutta inebriat. Argumento nobis sit quod beatus Petrus in monte sancto saluatori nostro dixit. Videns quidem  
**Matt. 16.** faciem illius solis instar fulgurantem vestimenta autem eius emicare veluti nix, statim exclamauit. Domine si vis, bonum est nos hic esse. O res mi-

**Hier. 31.****Matt. 5.****Matt. 16.**

rabilis, quasi oblitus rerum peritura  
rum omnium, imo sui ipsius imme-  
mor, gaudio spiritali perfusus, vnum  
hoc tantum affectat, vnum postulat,  
in solitudine illa esse cum Christo.

Alexan- Quandoquidem Alexander rex ma-  
der rex. gnus, post tot sanguinum effusionē,  
post tot cum ingenti labore partas  
victorias, cordis sui ingluniam fatiare  
non potuit. Quin à Diogene egre-  
gio philosopho audiens, alterum esse  
mundum, ingemuit, & lachrimatus  
est, eo quod nondum orbem hūc  
totum, suæ ditioni subiugauerat. Ver-  
um philosophi errarunt dicentes  
hominem microcosmum fore. Hoc  
est, minorem mundum. Major mun-  
dus iure optimo humanus animus  
appellandus est, quippe quem totus  
terrarum orbis fatiare non potest.

Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua, ait dominus  
Samaritanæ. siet iterū, ecce honor,  
diuitiæ, & voluptas mundi huius, fa-  
mē ac sitim irritare possunt, satiare  
autem cordis nostri desiderium nul-

latus

latus possunt. Dilata os tuum cla-  
mat Spiritus sanctus, & ego implebo Psal. 30.  
illud. Non profecto os corporis dila-  
tandum, sed comprimendum est, ne  
in gulam labatur, hoc bucella panis  
adimpletur. Os autem animæ deside-  
rium vocatur. Os hoc nūquam im-  
pletur nisi spiritalibus delitijs, vnde  
scriptum est. Beatus vir qui impleuit Psal.  
desiderium suum ex ipsis. Agite fra-  
tres obsecro, en ad manus habemus  
delicias spirituales, impleamus os no-  
strum, modo dilatemus illud, & egi-  
ptiorum venenatos respuamus cibos  
consumaturq; farina Egipti in no-  
bis. Nam statim manna cælicum de-  
scendet, candidum, suaue tāquā mel. Exo. 16.  
Siquidē paracletus delicias suas non  
erogat habitantibus Egiptum, sed in  
deserto penitentiae commorantibus  
vti in sacra pagina perspicuum est.

Aduertendum tamen, quod non  
æque omnes hanc intime dulcedi-  
nis instillationem capiunt. Enimue Canti. 4  
ro, qui eam accipiunt adfusionem

Ll 4 mel

mel & lac sub lingua sua habent, vt  
 in canticis legimus. Qui verò acci-  
 piunt ad diffusionem, audiunt illud  
 Psal. 44 psalmi. diffusa est gratia in labijs tuis  
 Eo quod suis eloquijs alijs profunt,  
 tum verbum Dei predicātes in eccle-  
 sia Dei, tum domi consilia salubria  
 proximis prebentes. Quod plane tā  
 est placitum Deo, vt ipse tonet illud  
 Cant. 4. canticorum. Fauus distillans labia  
 tua. Mira res, satisque miranda cha-  
 rissimi, humanus ille animus, qui nū  
 quam in eodem statu permanere so-  
 let, teste Iob, vagus, & profugus su-  
 per terram, ille qui umbras rerum, se  
 qui consuevit, imo ipse fugit velut  
 umbra, in vno suauitatis interne de-  
 siderio, totus hæret, & illa desiderio-  
 rum turba ad vnum se votum astrin-  
 git, cum psalmographo clamās. Vnā  
 Psal. 25. petij, hanc requiram, vt inhabitem  
 in domo domini, omnibus diebus vi-  
 tæ meæ Et rursus. Domine omne  
 desiderium meum in conspectu tuo  
 semper. Signanter ait desiderium, non  
 varia

varia desideria. Videtis qua dulcedi-  
 ne Spiritus sanctus repleuerit disci-  
 pulos hodie, de qua digne exprime-  
 re nō valui, quæ dicta sunt pro tenui-  
 tate nostra cordibus vestris infigite.  
 Diu noctuque orantes, idem spiritus  
 dulcis super mel & fauam, pectora  
 vestra rore suæ gratiæ repleat, quem-  
 admodum apostolis impertiuit. Ij re-  
 pleti Spiritu sancto, tacere non po-  
 tuerunt, quia vsque ad diffusionem  
 miram dulcedinem paraclæti accepe-  
 runt. Sed quomodo loquebātur ape-  
 rit nunc Lucas.

Loquebātur varijs linguis magna  
 lia Dei.

Text.

Vbi beatus Augustinus ait. Sicut  
 enim post diluuium impietas super  
 ba hominum turrim cōtra dominū  
 edificauit excelsam, quando per lin-  
 guas diuersas diuidi meruit genus hu-  
 manum, vt vnaqueque gens propria  
 lingua loqueretur, ne ab alijs intelli-  
 geretur. Sic humilis fidelium pietas  
 earum linguarum diuersitate eccle-

S. Aug.  
 ser. 1. sc. 3  
 pente.

*In festo pentecostes.*

scordia dissipauerat, colligeret charitas, & humani generis tanquā vnus corporis membra dispersa ad vnum caput Christum compaginata redigeret, & in sancti corporis vnitatem dilectionis igne conflaret. Vos dilectissimi si hunc diem vt par est colere, & augustissime venerari cupitis, diffidia queque fugite, donantes inuicem sicut & Christus donauit vobis. Pacem habete inquit apostolus & Deus pacis erit vobiscum. Sic magnaia Dei enarrabitis Christi Iesu trophea nunciantes, non opera hominū quæ futilia sunt, sed mirabilia summi Dei facinora. Apostolorum vestigia sectantes, quique Spiritu sancto repleti, effabantur saluatoris mūdi gesta. Cui sit honos & imperium cum patre, & para-

cleto, per secula.

Amen.

FERIA

*Declamatio duodecima.*

270

50 FERIA TERTIA 05

*Pentecostes declamatio  
duodecima.*



VLCEDO mirabilis, & ardentissimis votis desiderabilis Spiritus sancti fratres, nos sic rapuit, vt non nihil sitius in precedētī de-

clamatione loqueremur. Verum si de paracleto tantum loqui, sic mentem oblectat, sic corda allecāt ipse spiritus, quid erit facie ad faciem pulchritudinem eius intueri & videre illum in cælo sicuti est? Parce lector catholice, parce obsecro, quod te hactenus detinuerim. Quam obrem euangelium hodiernum cursim exponere institui, aliquot annotationes super eo dictando, est enim non absimile euangelio de pastore bono quod in dominica tertia post pascha

pro

pro modulo nostro exposuim<sup>s</sup>. Nūc  
verò Christo Iesu opitulante adnota  
re quædam ex euangelica lectiōe  
incipiamus. Qui autem vberius de  
hac materia videre cupit, dominicā  
illam legat.

**Anno. I.** Primo aduertendum quod domi-  
nus prouerbia vocat, parabolas qui-  
bus frequenter utebatur. Ita vt teste  
Marco, sine parabolis non loqueba-  
tur populo. Idque salutis noster au-  
tor facere consueuerat vt se ostende-  
ret illum esse, de quo in Psalmo scri-  
ptum est. In parabolis aperiam os  
meum, loquar propositiones ab ini-  
cio. Matthæus, sic ait. Loquar absco-  
dita à constitutione mundi. Nam  
quecūque audiuit filius à patre no-  
ta fecit nobis, vt ipse contestatus est.  
**Psal. 77.** Quin homines suapte natura vel ma-  
xime metaphoris, seu similitudini-  
bus indigent Incipit plane nostra co-  
gnitio à sensu, adeo vt nihil sit in in-  
tellectu quin prius fuerit in sensu,  
quemadmodū philoſophorum ca-  
terua

terua profiterur, & experimēto quo-  
tidie videmus. Vnde scite diuus Dio S. Dion  
nisius dixit. li. cælestis hierar. cap. 1.  
Impossibile est nobis aliter diuinum  
radium illucere, nisi varietate vela-  
minum sacrorum circūuelatū. Qui  
ergo ad spiritualia rudes sunt, opere-  
precium erit, vt saltem sub similitudi-  
ne corporalium, ea percipiant. Hinc  
dominus per Oseam ait. Ego visionē Osee. 12  
multiplicauit eis & in manibus pro-  
pheta. um assimilatus sum. Atqui cū  
apostolus asserat se debitorem sapiē-  
tibus & insipientibus esse maxime  
conueniens fuit, vt in sacra scriptura  
spiritualia sub metaphoris corpora-  
lium tradantur. San Thom. p. 1. q. 1 S. Th. 1.  
arti. 9. sed de hoc plenius in domini P. q. 1.  
ca septuagesime tractauimus.

Secundò notandum quod in hoc  
euangelio dominus eo tendit, vt sese  
vetum pastorem animarum asserat,  
nec non signa pastoris improbi pa-  
lam faciat. Quam ob causam in pha-  
riseos inuehitur, quippe qui aiebant.



nos ceci non sumus. Quibus ipse dixit. Si ceci essetis, non haberetis peccatum. Hoc est, si cecitatem vestram agnosceretis, neutiquam peccatum in vobis regnaret. Non utique ignorantia inuincibili laboratis, quæ proculdubio à delicto excusat, sed potius ignorantia affectate caligo vos possidet, ita ut nihil excusationis habere valeatis. Iactatis vos sapientes, doctos, & iustos esse, & ideo me & doctrinam meam nihili pendentes, delictum vestrum manet. His verbis coheret euangelica lectio hodierna. Vbi saluator, tam phariseos superciliosos, quam Annam & Caiphā pontifices vehementer increpat, nam Iosepho testante, sacerdotiū quod annuatim ministrabant, tāquam simoniatici pessimi emerunt, non vocati à Deo uti Aaron. Hosce & eis similes, fures & latrones iure vocat, quique non per ostium in ouile ouium, sed aliunde intrantes, oves enecabant, & seipos pascebant. Vbi ostium si-

cut

cut Chrysofomo placet, sacram scripturam presignat. Ratio, quia sacra pagina nos ad Deum ducit, & illius cognitionem nobis aperit. Imo ipsa ex lupis oves effecit, ut in Paulo ecclesiae persecutore, Cypriano, & Augustino palam est. Denique sacra scriptura nos tuetur, & aberrare nullatenus finit, modo persistere velimus. Quid multis immoror? Sanè nisi hoc ostium confringamus, nūquam nos inimici poterunt expugnare. Sāctus Chrysofom. hom. 59. in Ioannem. Qui verò sacra scriptura, ut ius est, non utitur, is per ostium non ingreditur, sed aliunde, parietem fodit, & sepem rumpit. Vnde Hieronymus sic inquit. Letamur ad ascensum, timeamus lapsum. Non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti meroris est de excello cecidisse. Furis quidem est parietem ascendere, & cum periculo omnia moliri. Et quia scribe debebant legem Dei, & nihilo secius eam non seruabant, dicente domino

nemo

S. Cypri.

S. Crys.  
hom. 59

S. Hier.

**Ioan. 7.** nemo ex vobis facit legem, eam ob rem eos fures & latrones dicit, nō per ostium intrantes sed aliunde.

**3** Terriō animaduersione dignum est, quod ouile hoc ecclesiam sanctā significat iuxta illud. Alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & erit vnū ouile & vnus pastor. Hoc nisi fallor ouile, vinea summopere dilecta est, de qua ipse dominus ait. Vineam electam ego te plantavi. Imo & sanguine suo precioso rigauit, quo plus fructuum proferret. Tandem hoc ouile vnica sponsa est in canticis tot encomijs euecta. Vna est inquit sponsus, amica mea, vna est electa mea nempe hoc ouile satis munitum est, quia nec porte inferi quicquam poterunt contra illud. Seuiant tyranni, insurgant hæretici, pululent peccata, ecclesia sancta perire non potest, eo quod fundata est supra firmam petram. Petra autem est Christus filius Dei, & sacrosanctæ virginis Mariæ.

**Cant. 6.** **Mat. 16.**

Ad

Ad hæc ouile hoc mundum est, quoniam saluator mundi sic mirum in modum dilexit ecclesiam, vt traderet semetipsum, prout exhiberet sibi sponsam non habentem maculam neque rugam, neq; aliquid huiusmodi. Et alibi apostolus ait. Mundans eam lauacro, in verbo vite. En quam sit mundum & pulchrum ouile hoc sanctum. Agite vos charissimi, vt candorem vite toto pectore diligatis, & conscientie puritatem habeatis domino acclamante. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Nempe qui violauerit templum Dei disperdet illud Deus teste apostolo. Contra verò beati mudo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cauete obsecro ne contingat, quod pro dolor in Machabeis legimus. Templum, luxuria & comestationibus plenum erat. Quod verò fideles oues vocat in hac parabola dominus, in causa est, quia ouis maxime indiget pastore inter omnia animalia. Verum ipsa velocitatem non

Mm habet,

Leui. 19

Mat. 5.

2. Ma. 6.

habet, vt ceruus, nec vires quibus se deffendat, sicut taurus, non arma possidet, quibus pugnet cum lupo, tales quidem sumus nos secundum naturam. Itaque dum oves nos appellat dominus potissimè nostræ fragilitatis nos admonet. Volens orthodoxos omnes ovis instar, simplices esse mansuetos, morigeros, per omnia proximis nostris vtilis, atque frugiferos. Quo pertinet vox illa pastoris boni Christi Iesu. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Felices qui oves sunt Christi, mansuetudinè & humilitatè illius imitantes. Tales haud dubie, in dextera eius erunt, ad uentatè extremo iudicio, sicuti dominus per Matthæum patefecit.

Matt. II.

4

Quartò obseruandum, quanta sit humilitas Christi Iesu, quippe qui tā toperè nos dilexit, tāque vnice nos amauit, vt titulis humilibus vteretur maiestatis suæ nominibus posthabitis. O res mirabilis, quis tam rationis expers fratres, qui nō pauescat? Nūc panem

Ioan. 6.

panem cælestem, quē qui digne ederet in perpetuum viueret, nunc aquā viuam, de qua qui biberet, haberet in se fontem aquæ salientis in vitam æternam, nunc lucem mundi, quæ omnium mentes illuminat, ne in tenebras viciorum impingant. Iis & plerisque nominibus vsus est saluator vt prorsus hominum corda ad se inuiter allecetetque. Nunc denique sese ostium appellat. Ego sum ostiū ait, per me si quis introierit saluabitur Vnde ait beatus Augustinus. Fuc S. Aug. runt quidam philosophi de virtutibus & vicijs subtilia tractantes, diuidentes, diffinientes, ratiocinantes, rationes acutissimas concludētes, qui etiam auderent hominibus dicere, nos sequimini, sectam nostram tene te, si vitam habere vultis. Sed non intrant per ostium, perdere volebant mactare & occidere sanctus Augustinus tracta. 45. in Ioannem. Verum ij sunt de quibus apostolus inquit. Dicentes se esse sapiētes stulti facti sunt Rom. 2.

Iaco. 4.

Nec ab similes erant Arius, Sabellius & alij hæretici pseudoapostoli. Qui ad ouile intrare aspirat per ostium intret, Christum Iesum filium Dei cõfiteatur, & Christi gloriam in operibus suis quærat, non suam vindicare velit. O quam angusta est porta fratres, sit ergo humilis qui per hoc ostium intrat, sese dimittat, & superbe non sapiat, superbis dominus resistit, humilibus autem dat gratiam: Norandum, quod nil controuersie habet sententia Chrysostomi dicentis, ostium sacram scripturam fore. Omnes scripturæ in Christo implete sunt, ergo qui per scripturas intrat per Christum intrat. Intrãti per ostiũ ostiarius aperit, Spiritus sanctus vlnis extentis eum recipit. Eo quod nõ se ingerit, aut dignitatem sibi perpetram vendicat vt Adonias Absalon, Caiphæ, & Annas fecerunt contra fas, sed vocati à Deo fuerunt, tanquam Aaron, qui per Christum intrant.

Quintò

Quintò adnotare oportet, quanta sit libertas data ijs qui colunt religionem, & per ostium in ecclesiam sanctam intrant. Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Vbi sanctus Chrysostomus. Considera boni pastoris signa, per ostium intrat, nõ se pem rumpit. Veh pastoribus, & principibus de quibus dominus conquestus ait. Regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Aurum suum & argentum fecerunt sibi idola, vt interirent. Ecce superbi qui aliunde intrare moluntur in quæ precipitia alto Dei iudicio dilabuntur, idola muta fabrefaciunt, & stulte ea colunt. Quid obsecro delirius? Aut quid execratus? At contra quisquis per ostium intrat, Christũ Iesum toto corde diligens, atq; mandatis eius obtemperans, is libertate ineffabili potitur, nam teste Paulo, vbi spiritus ibi libertas. Et hoc precipue signant verba hæc. Ingreditur & egreditur, & pascua inuenit. Huc per

Amos. 8

2. Cor. 3

Galat. 4

Mm 3 tinct

finet illud. Non sumus filij ancille  
 sed libere, qua libertate Christus nos  
 liberauit. O libertas filiorum Dei, qua  
 nihil preciosius vtiliusue. Caueant  
 qui ambitione seducti irrumpunt in  
 ministeria, & dignitates ecclesie, &  
 illud sancti Hieronymi ob oculos iu-  
 giter habeant. Si letamur ad ascen-  
 sum, timeamus lapsum. Non est tan-  
 ti gaudij excelsa tenuisse, quanti me-  
 roris est de excelsa cecidisse. Qui ve-  
 re humilis est, & per ostium intrat in  
 ecclesiam, talis ingreditur vti Chry-  
 sostomus ait, curam interioris homi-  
 nis gerens, affectus prauos compe-  
 scens. Egre dietur autem mortificas  
 membra sua quae sunt super terram, ceu  
 apostolus pulchre suadet. Vel auto-  
 re Augustino, libr. de spiritu & ani-  
 ma. Ingredietur ad contemplationem  
 diuinitatis, egredietur vero ad confi-  
 derationem gloriose humanitatis  
 Christi. Et vtrouique pascua, hoc est  
 saturitatem inueniet. O quam est ma-  
 gna pollicitatio haec, & ardentissimis  
 votis

S. Hier.

Dogma.

Colo. 3.

votis appetenda, hoc est sane, quod  
 saepenumero in prophetis scriptum  
 legimus. Non nocebunt, & non oc-  
 cidet in monte sancto meo. Et ite-  
 rum, super vias pascetur & in omni-  
 bus planis pascua eorum. Non esu-  
 rient neque sitient. Et non percutiet  
 eos estus, & sol. Quia miserator eorum  
 reget eos, & ad fontes aquarum po-  
 tabit eos. Idque in Apocalypsi scri-  
 ptum est. Ingredietur denique leuan-  
 do se supra se, vt sit iam conuersatio  
 eius in caelis. Philip. 3. & egredietur  
 ad boni operis exercitiam, ad succur-  
 rendum proximo, subleuandaque  
 eius indigentiam. Itaque ingredien-  
 do sit Maria, egrediendo autem sit  
 Mattha. Vide Bernard. ser. 31. super canti-  
 cantica.

Esa. II.

Esa. 49

& Apo. 7

S. Bern.

ser. 31. in

Sexto tandem annotatu dignum  
 est, quam subtili artificio furem de-  
 pingat Christus. Verum latro hic dia-  
 bolus est, & ministri eius, nam ille  
 mortalitatis stolam primis parenti-  
 bus fraudulenter abstulit, & in eis vni-

6

uersum genus humanum perdidit. De hoc fure ferocissimo dominus ait.

Ioan. 8. Ille homicida erat ab inicio. Perinde impius pastor qui salubria ouium pabula furatur, scripturas corrupendo, latro est atque fur. Ego ait saluator veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Quadam antithesi seipsum opponit diabolo, & improbo pastori, qui nomine tenus pastor est, re autem ipsa fur & latro ille eo venit, vt mactet, & occidat, ego vero contra, vt verbo meo viuificem animas, etiam a diabolo interfectas. Po facto fratres summa consolatio nostra hac est, quæ vel sola in quauis calamitate nos solari debet. Christus Iesus huc venit vt vitam gratiæ & gloriæ suis ouibus impertiat alludit ad hoc quod ore suo benedicto apostolis suis iuxta Samariam dixit.

Ioan. 3. Non venit filius hominis vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Ezec. 18 Et iterum. Nunquid voluntas mea est mors impij, & non magis, vt con

uerteret

uertatur & viuat? Cæterum signanter ait. Et abundantius habeant, quo verbo indicat nos plus habere, quam patres prisci veteris testamenti. Illi iuxta fidem mortui sunt, non acceptis promissionibus, sed à longe eas aspicientes, vt apostolus recenset, nos quidem eas habemus. Illi inquam vitam habebant in spe, nos vero in re. Eodem pertinet quod apostolus asserit. Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Finis rei, si literis candidatis credimus optimum illius est. Ergo nos christiani optima bona recepimus, quibus potiri licebit, si per ostium intrauerimus, ad ouile sanctæ ecclesiæ. Si ones optimi pastoris simus, vocem eius sponte audientes, per omnia præcepta illius seruantes, tunc egredientes & ingredientes nectarea pabula inueniemus in Christo Iesu. Cui sit gloria & imperium, cum

patre, & Spiritu sancto. Amen.

Mm 5

IN

Heb. 11.

1. Co. 10

*In festo sanctæ Monicæ.*

**IN FESTO GLORIOSÆ**

*Sanctæ Monicæ, matris doctoris egre-*

*gi Sancti Augustini, declama-*

*tio terdecima.*



**Q**UAM sit filius  
Dei auidus nostræ  
salutis fratres, quã-  
que toto adfectu  
cupiat, nos filios  
suos ditare, vel ex

hoc palam est cunctis hominibus,  
nisi ipsi cecutiant, quod collatione  
rerum visibilium, nos ad inuisibilia,  
& æterna bona, magnopere allicere  
conatur. Quandoquidem qui sum-  
me diues est, in omnes qui inuocât  
illum, is inopiam nostram ex alto  
prospiciens, quam proh dolor malo  
nostro magno hæreditauius, terre  
stri Adam peccante, cum diues esset  
vnigena filius æterni patris, sua gra-  
tuita dignatione inops factus est, vt  
eius inopia nos affatim diuites esse-  
mus,

*Eph. 3.*

*Declamatio terdecima.*

278

mus, Apostolo teste. O res satis mi-  
randa, saluator noster, sua esurie nos  
satiavit, sua morte mortem nostram  
prorsus peremit, sua denique nimia  
paupertate ditantes, ac locupletes effe-  
cit. Non quidem auro, argento uel,  
non gemmis vernantibus, quippe  
que ex conchis, aut ex terra colligun-  
tur, rex noster cælestis ditare voluit.  
Nam externa bona caduca & futilia  
sunt, sed suis charismatum donis nos  
locupletauit, fidem sinceram, chari-  
tatem flamigeram, sp̃e firmam cor-  
dibus nostris effusissime largitus est.  
Quin vt beneficentissimus parens,  
nos fideles regni cælorum coheredes  
summopere reddere affectans, quam  
plures parabolas edidit, eas & ore  
suo sacro predicauit. Huc proculdu-  
bio tendit, quod regnum cælorum si  
mitem fore dixit, regi qui fecit nu-  
ptias filio suo, satori qui exijt femi-  
nare semen suum, patri familias qui  
mane conducit operarios ad excolē-  
dam vineam suam. Imo nullibi non

*Nota*

*Matt. 22.*

*Mat. 20.*

*meta-*

metaphoris vsus est, vt per ea quę no-  
uimus, surgamus ad ea quę nullatenus  
ob ruditatem nostram, agnosce-  
re possumus, nisi parabolis manu du-  
camur. Cæterum inter tot parabolas  
a Christo Iesu editas, quę de the-  
sauro abscondito in agro, & margari-  
ta preciosa à mercatore inuenta, à  
Matthęo scripta sunt, non infimum  
locum habent. Eam obrem domino  
auxiliante illas exponamus, vt in se-  
cunda parte, nonnulla de eximia san-  
ctitate, deque hęroicis virtutibus bea-  
tę Monicę dicamus. Euangelica le-  
ctio sic habet.

**Matth. 13.** Simile est regnum cęlorũ thesau-  
ro abscondito in agro.

Rationi consentaneũ est, vt quod  
leuiter estimatur, haud ardentem quę-  
ratur, nec solícite adinuentum serue-  
tur. Nemo plurimum laborare vn-  
quam voluit pro re quam parui exi-  
stimat. Sed quod quis impẽsius amat  
hoc velis extentis, & remis, vt aiunt,  
capeffere conatur. Hanc ob causam  
domi-

dominus regnum cęlorum non cui-  
piam vili rei, sed thesauro & margari-  
tę comparauit. Nempe alio nõ tẽ-  
dit intentio nostra, quam vt thesau-  
rum nobis vendicemus. Quid obse-  
cro quęrunt homines in hac labili  
vita, nisi bonorum copiam, vt nihil  
eis desit? Atqui, frustra homo cõtut-  
batur & laborat, thesaurizãs & igno-  
rans, cui congregat ea. Tantummo-  
do thesaurus verus regnum cęlorum  
est. In quo vere opes, potentia, secu-  
ritas, pax & gaudium perpetuum ad-  
inuenitur. Sed iam apertius quid sit  
thesaurus hic, explicemus. Diuus  
Chryostomus, thesaurum hunc præ-  
dicationem euangelij esse astipula-  
tur. Hęc in mundo abscondita est, &  
si non vendideris omnia non emes  
eam. Et quoniam hoc cum gaudio  
oportet facere, in euāgelio sequitur.  
Prę gaudio illius vadit, & vendit vni-  
uersa quę habet, & emit agrum illũ.  
Itidem, beatus Hilarius asserit. The-  
saurus hic ait, gratis inuenitur, euan-  
gelij

*Psal. 38.*

*S. Chry.  
in Matth.*

*S. Hila.*



gelij predicatio in absoluto est, sed  
 utendi & possidendi huiusmodi the-  
 sauri cum agro potestas, non potest  
 esse sine precio. Quia cælestes diuitie  
 non sine damno seculi possidentur.  
 Verum sanctus Gregorius cæleste de-  
 siderium thesaurum istum appellat,  
 quippe quod, in agro discipline ab-  
 sconditum esse oportet vt seruetur.  
 Doctor Augustinus fere, cum Chry-  
 sostomo consentit, duo testamenta  
 in ecclesia thesaurus est magnus. que  
 cum quis ex parte intellectus attige-  
 rit, sentit illic magna latere. Ideo va-  
 dit & vendit omnia sua, & emit illū.  
 Id est contemptu temporalium com-  
 parat sibi ocium, vt diues sit cōgni-  
 tione Dei. Sub hæc diui Hieronymi  
 sententia contemnenda in hoc loco  
 non est, qui hunc thesaurum Chri-  
 stum Iesum fore testatur. Equidem  
 charissimi ager sacer, in quo tantum  
 Christus ceu absconditus manet, sa-  
 cra ecclesia est, extra quam non nisi  
 antichristus predicatur. Nōne agnus  
 pascha-

S. Greg.

Nora

S. Hier.

paschalis, vt iam meminimus ex le-Exod. 12  
 gis edicto, in vna domo erat edēdus?  
 Nunc Spiritus sanctus in plures do-  
 mos descendit? Absit, vnam tantum Act. 17  
 domum repleuit sonus ille cælestis,  
 de quo Lucas, factus est repēte de cę-  
 lo sonus, tāquam spiritus vehemen-  
 tis, & repleuit totam domū vbi erāt  
 sedentes. Veni ait angelus Ioanni, & Apoc. 21  
 ostendam tibi nouam nuptam, spō-  
 sam vxorem agni. Ecce vnicus spon-  
 sus, vnicam dumtaxat habet spōsam  
 non plures. Quippe quam sic adama-  
 uit, sic ingenti amore dilexit, vt spō-  
 te traderet se ipsum pro ea, veluti  
 apostolus contestatur. In hoc itaque  
 agro thesaur⁹ mirabilis latitat, Chri-  
 stus sub sacramentis absconditur, quod  
 fides nostra maximum habeat meri-  
 tum. Sanè fides suapte natura, non  
 visibilibus sed inuisibilibus rebus nō-  
 titur. Quam ob causam apostolus eā  
 dixit, argumentum non apparentiū. Hebr. 11  
 Quandoquidē omnes diffinitiones  
 fidei quæ à doctoribus dātur, veluti  
 explica

explicationes sunt, huius quam tra-  
 S. Th. 22 didit paulus, vt pulchre probat San.  
 q. 4. ar. 1 Thom. 22. q. 4 arti. 1. Vultis videre  
 quam sit preciosus thesaurus Chri-  
 stus Iesus? Apostolum auscultate. In  
 quo sunt omnes thesauri sapientiæ  
 & scientiæ Dei absconditi. Quod tã-  
 tũdem est ac si diceret. In Iesu quic-  
 quid potentiæ, sapientiæ, & bonita-  
 tis pater cælestis habet inuenieris.  
 Ioan. 1 ipso acclamante. Omnia que habet  
 pater mea sunt. Ecce in agro huma-  
 nitatis, se abscondit verbum patris,  
 vt nos in eum credentes, toro que pe-  
 ctore amantes illum, qui tantopere  
 dilexit, & lauit nos in sanguine suo,  
 opibus omnium virtutum locupleta  
 remur. Vultis ergo charissimi virtutes  
 omnes capeffere, iustitiam, tem-  
 perantiam, fortitudinem, prudentiã,  
 quæ auriga virtutum moraliũ à phi-  
 losophis nominatur, largius posside-  
 re? Christum Iesum totis viribus que-  
 rite, & eum candido diligite corde.  
 Hunc nissallor thesaurum inuene-  
 rat

rat sponsa quando dixit. Dilectus  
 me<sup>o</sup> mihi & ego illi. intervbera mea Canti. 2  
 commorabitur. Ecce fratres quomo-  
 do cunctis rebus posthabitis vnico,  
 ac vnice dilecto contenta, illi adhæ-  
 rescit. Ille me tanto amore & hono- Nota  
 re persecutus est, & è cælo veniens  
 me solam, omni bono destituta, ada-  
 manit, quoad potero ipsa vicissim  
 ipsum diligam, inter vbera mea ab-  
 scondam, in corde meo collocabo,  
 & ob eius amorem, cū apostolo cla-  
 mabo. Omnia arbitratus sum vt ster-  
 cora, vt Christum lucrificiã. Omniũ Philip. 3  
 felix, qui thesaurum hunc possidet, is  
 plane angelorum dinitias habet, &  
 nedum vniversum orbem, sed totius  
 orbis molitorem, atque moderato-  
 rem inuenit. At contra, infelicem  
 dixerim hominem. qui mundũ suo  
 imperio subiugauerit, nisi thesaurũ  
 istum habuerit. Mira res charissimi,  
 ex templo vbi Petrus & Andreas, Ia-  
 cobus & Ioannes, hunc thesaurum  
 adinuerunt, nauim, & retia, & pa-  
 Nn trem

trem Zebedeum abdicantes, Christum Iesum secuti fuere. Matthæus Teloneum subinde reliquit, ut vocem Christi audiret: peccatrix illa, opes quas nō mittens, ad pedes Iesu prouoluta lacrimis habenas laxauit, suspiria iactans innumera, ex hoc thesauro, misericordiam opes reportans, omnium delictorum veniam accepit. Dicente domino Remittuntur tibi peccata tua vade in pace. Quid multa? Inopia magna affectus, imo sceleribus innumeris propemodum oppletus latro ille, sic ex hoc diuino thesauro diuitias hausit, ut vocem illam omnimellita dulcedine suauiore audiret. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Beatitudinis celestis est, quippe que non absque re regnum celorum vocatur. Unde saluator mundi hac nomenclatura usus est, de iudicio illo extremo loquens. Venite benedicti patris mei percipi

percipite regnum, quod paratum est vobis ab origine mundi. Et rursus. Fulgebunt iusti sicut sol, in regno patris eorum. Hoc quidem est regnum quod quotidie ingemiscentes efflagitamus dicentes, ex regis nostri Christi instituto. Adueniat regnum tuum. De quo in expositione orationis dominicæ latius, cum de oratione ageremus in letanijs tractauimus. Nihilominus verba diui Augustini attentius audiamus. Regnum celorum, regnum felicissimum, regnum carens morte, vacans sine. Cui nulla tempora succedunt per eum, ubi continuus sine nocte dies nescit habere tempus. Vbi victor miles post laborem, donis ineffabilibus cumulatur, nobile caput perpetua amplectente corona. Utinam remissa peccatorum meorum mole, me vltimum seruorum Christi, inberet diuina pietas, hanc carnis sarcinam deponere, ut in suæ ciuitatis gaudia æterna repauescendus transire, sanctissimis supernorum cho-

Matth. 13.

Decla. 7

S. Ag. li. manu. ca. 8.

ris interesset, presentem Dei vultū  
5. Aug. cernerem. Hæc ille. Et sermone. 17.  
ser. 17. d. De verbis domini. Exponens illud  
vcr. dñi. Matthæi. 19. Si vis ad vitam ingredi  
serua mandata. Ex amore huius eu-  
mnoſe vitæ intelligimus, quam sit  
appetenda æterna vita. Non domi-  
nus dixit. Si vis ingredi ad vitā æter-  
nam, sed si vis ad vitam venire, eam  
diffiniens vitam quæ fuerit æterna  
vita. Nā in diebus malis potius mors  
opratur quam vita. Hoc itaque re-  
gnum cælorum, seu vita æterna, the-  
saurus est in agro fidei absconditus,  
& in operibus sanctis latet. Appare-  
bit tamen in die mortis quando cor-  
pore hoc mortali relicto, anima pia  
super ethera collocata, Dei essentiā,  
& pulchritudinem intuetur. Dicen-  
te apostolo. Videmus nūc per specu-  
lum in ænigmate, hoc est, sub velami-  
ne fidei, postea verò non ita, sed fa-  
cie ad faciem. Absconditus est in quā  
thesaurus regni cælorum, cecis & ce-  
corum ducibus, quales sunt iudæi,  
qui

qui adhuc legem Moſi mordicus te-  
nent, quippe quæ iam euauit, &  
abolita est per sanguinem Christi Ie-  
ſu. Alioquin apostolus non diceret.  
Litera occidit, spiritus autem viuifi-  
cat. Et iterum. Si circuncidamini, ni-  
hil Christus profuit vobis. Abscon-  
ditus est Christus & regnum eius hæ-  
reticis, quos superbia deiecit, & in  
tot errores depulit. Denique infide-  
les omnes thesaurum hunc ignorāt,  
& ob eam rem, pauperes sunt, nudi,  
& ceci, vti in Apocalipſi legimus. Tā  
tummodo orthodoxis notus est the-  
saurus iste, quāquam pij dūtaxat eo  
fruuntur. improbi autem lumine fi-  
dei illustrati Christum agnoſcunt, &  
redemptorem mundi profitētur. Ar-  
qui ſegnes & ignaui, inuento Chri-  
ſto, non cū gaudio abeunt, & omnia  
ſua vendunt, ob illius amorem. Imo  
honores, diuitias, & carnis delecta-  
menta preferunt, plus equo viſibilia  
adamantes. Contra quos ait ipſe. Me  
dereliquerunt fontem aquæ viuæ, &  
fode-

Apoc. 3.

Hier. 2.

foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquas. Magnâ utique emphasim habent singulaverba, quæ rursus in euangelio saluator repetere dignatus est. Hoc est iudiciû mundi quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Ecce quo dementiæ impij deuenerunt, tenebras quæ suapte natura horride sunt diligunt, & lucem placidam quæ corda lætificat, & mirum in modum exhilarat, odio habuerunt. Tetra scelera amplexati sunt, & candida summi numinis mandata, iubare ipso fulgentiora, temere spreuerunt. Non sic vos fratres mei non sic, sed vbi thesaurum preciosum inuenistis in agro, postquâ Christum Iesum fide illibata agnouistis, & ab illo pollicitationem regni cælestis accepistis date operam, vt cû ceteris seculi rebus abdicatis, thesaurû valde preciosum vendicare possitis.

Matt. 6.

Theaurizate vobis thesauros in cælo, ait dominus. Vbi diuus Basilius

in.

inquit. Theaurizandi modum saluator non siluit, quin potius statim subnectit. Vendite quæ possideris & date eleemosynam. Regula 47. ca. 1.

S. Basil.

En quid doctores sancti sentiât de thesauro hoc & agro, in quo absconditus reperitur à quodam homine. Sed si penitus literalem sensum inspiciamus, thesaurus euangelica vita est, ager verò mundus. Sic sane dominus interpretatus est, parabolam de tritico optimo seminato. Regnû Dei non est esca & potus, ait Paulus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Ecce tria quæ hoc regnû cõstituunt, iustitia, hoc est, observatio legis Dei, ex qua oboritur ingens tranquillitas & pax, quæ exuperat omnem sensum. Ex pace verò confurgit inenarrabile gaudium, non in quavis re sed in Spiritu sancto, in quo sola, vera alacritas, efficaxque letitia inuenitur. Veh autem illis qui adeo cecutiunt, vt exultent in rebus pessimis, in honoribus mundi, in delitijs car-

Literalis sensus.

Rom. 14

nis, in affluentia diuitiarum anchoram cordis, & spem locantes. Itaque thesaurus hic euangelica vita est, seu cælestis conuersatio, de qua Paulus.

Philip. 3. Conuersatio nostra in cælis est, & hæc vita persimilis est thesauro abscondito in agro. Non in domo aut ciuitate, quia egrediendum est, à tumultu, & hominum consortio, ut vitam perfectam agamus. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine dicebat, qui hoc fruebatur thesauro.

Psal. Cant. 7. Et sponsa orabat toto nisu. Eamus in agrum dilecte mi, eamus in agrum. Verum qui sapientiam hanc inueni

Sapient. 7. re cupit, quæ thesaurus infinitus hominibus paratus vocatur per Salomonem opus habet oratione & cōtemplatione. Equidem dominus nō in commotione, aut in turbine quiescit, sed in sibilu aure tenuis ibi dominus. Mira res ad auram post meridiem agnouit adamus Deum. Obseruandum, quod sicut vita perfecta abscondita est, in agro mundi huius, sic viri

per-

perfecti absconditi sunt, nec ab impijs cogniti quandiu viuunt. Agnoscent verò eos in fine, quando stupefacti clamabunt. Ij sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam illorum estimabamus insaniam & finem illorum sine honore. Ecce quomodo comparati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Adhæc, homo inuenit illum, nã qui antea sic vitam suam ducebat, ut iumentis esset comparatus, statim ut vitam candidam, ac sanctam cepit, iam ratione ducitur, & homo est rationaliter viuens. Deum time & mandata eius serua, hoc est omnis homo. Perinde dicat, qui nec Deum timet, nec mandatis eius paret, is nomine tenus homo est, non re, iumentorum vestigia sectans. Inuenit thesaurum quia non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis, vitam perfectam agere & Christum sequi. Imo fides non ex nobis habetur, do-

Sapient. 5

Eccl. 12

Rom. 9

*Esa. 65.* num Dei est. Inuentus sum ait domi-  
nus, à non quærentibus. Præ gaudio  
abscondit thesaurum, omnia in glo-  
riam Dei faciens, nil operatur, vt ve-  
nari cupiat auram populi. Vt opti-  
me cõsulit apostolus. Omnia in glo-  
riam Dei facite, non autem vt hypo-  
crite, hominum laudes affectetis.

*Nota.* Sed quanti venit thesaurus hic? Nē  
pe tantum valet quātus tu es, ait Au-  
gustinus. Da te ipsum & habebis illū  
Sic letitia affectus vadit, & vendit om-  
nia quæ habet, & emit agrum illū.  
Ecce magna philosophia nostra, ob  
amorem Dei cūcta spernere, pessun-  
dare omnia, quo agilius, & expedi-  
tius Christum Iesum gigantem cur-  
rentem sequamur. *Qui non renūcia-  
uerit omnibus quæ possidet, non po-  
test meus esse discipulus. Hoc est, ni-  
si saltem affectu quæ tēporaria sunt  
contempserit, mecum in cælo non  
erit. Omnia arbitratus sum vt stercora,  
vt Christum lucrificiam. Hos pla-  
ne ad se vocat Deus, hos vberius lo-  
cuple-*

cupletat. Qui non habetis precium  
properate, emite absque vlla commu-  
tatione. Mirabile dictu contemptu  
mundi ememus agrum, idest mund-  
um. Iuxta illud omnia vestra sunt,  
vos autem Christi. Et alibi. Tanquā  
nihil habentes, & omnia possidētes.  
Vendidistis omnia, eam obrem possi-  
detis omnia. Allusio est ad illud.  
Quicquid calcauerit pes vester, ve-  
strum erit. O paradoxum mirabile  
amatoribus mundi ignotum, pijs vi-  
ris sole ipso lucidius. Quid obse-  
cro fratres non habet, qui Deū opti-  
mum molitorem, & moderatorem  
omnium habet? Faxit Deus, vt sic  
spernamus omnia amore Christi ac-  
censi, vt thesaurum hunc possidea-  
mus. Equidem homines illi qui the-  
sauros habebant in agro ab Hismae-  
le non sunt interfecti, quia thesauros  
habebant in agro. Noli occidere nos  
aiunt decem viri, quia habemus the-  
sauros in agro, frumenti olei, hor-  
dei & mellis. Et cessauit Hismael, &

*Esa. 55.*

*2. Co. 6.*

*Iosue. 1.*

*Hier. 41*

non

non interfecit eos cum fratribus suis  
O felices viros qui fidem viuam, qui  
vitam christianam, operibus pijs ple-  
nâ habuerint, hos nullatenus Chri-  
stus occidet, sed vita uiuent, & non  
moriêtur. Qui verò hoc thesauro in-  
diguerit peribit in æternum. Et de  
parabola prima hætenus. Profecto  
thesaurus hic tam est totis medullis  
cordis amabilis, vt calamum currere  
non sineret. Cæterum quoniam vita  
euangelica, siue fides charitate for-  
mata, tarda molimina nescit, imo so-  
licitos operatores appetit, idcirco se-  
cunda parabola de homine negotia-  
tore, iure optimo nunc sequitur.

Text.

Iterum simile est regnum cælorū  
homini negotiatori querenti bonas  
margaritas. Inuenta autem vna pre-  
ciosa margarita, abiit, & vendidit  
vniuersa quæ habuit & emit eam.

Parabo-  
lademar-  
garita.

Præcedenti parabola perfectionis  
preciositatem descripsit, euangelicā  
atque cælestem vitam ob oculos no-  
stros saluator proponens. In hac ve-  
rò

rò subnectit studium quærendi mar-  
garitam. Non satis est magistro opti-  
mo discipulos ad perfectionis studiū  
ex thesauro quasi casu inuento, hoc  
diuitus monstrato, sed decet vigiles  
esse ac sollicitos, ad quærendum vt in-  
ueniant. Itaque sicut per thesaurum  
euangelica perfectio, ita per margari-  
tam, quæ pars solet esse thesauri, vna  
aliqua perfectionis species signatur,  
videlicet charitas ipsa. Quippe quæ  
vitam contemplatiuam, & actiuam  
amplectitur. Nempe virtutes omnes  
& misericordiæ opera margaritæ bo-  
ne sunt. At gemma hac inuenta, quæ  
charior est omnibus, omnia sua ne-  
gociator vendit, vt hanc vnâ habeat  
Videte omnes virtutes intra charita-  
tis sinum inclusas. Charitas patiens  
est, benigna est, non emulatur, non  
agit perperam. Quin & sine charita-  
te nec eleemosynæ, ieiunia, & alia id  
genus opera apud Deū alicuius mo-  
menti sunt. Apostolo contestante. 1. Co. 13  
Si tradidero corpus meum ita vt ar-  
deam

Charitas  
margari-  
ta est.

1. Co. 13



deam, charitatem non habuero, nihil mihi prodest. Quid plura? Caritas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, caritas nunquam excidit. Hinc theologi benemerito asserunt nullam esse virtutem absq; charitate. Ratio, quia nulla virtus ducit nos ad vniuersale bonum, nisi charitate sit formata. Sanct. Thom. 22. q. 24. ar. 7. & 8. O margaritam speciosam valde, ô gemmam cunctis vernâ tibus gemmis pulchriorem. Sanè si dederit homo substantiam suam, ad emendam dilectionem, quasi nihilû computabit eam. Nonne hoc est aurum ignitum, probatum, quo locupletes fuerunt omnes sancti amici Dei? Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, ait dominus cuidam episcopo. Scite quidem dictum est, à me eme aurum charitatis, quoniã nec seraphin qui incendium amoris interpretatur stillam charitatis animæ nostræ impendere potest, nisi solus Christus

de

de cuius plenitudine, omnes accepimus gratiam pro gratia. Ioan. 1.

Ad hæc diuus Hieronymus, legem S. Hier. & prophetas margaritas bonas appellat. Veruntamen vna preciosissima est margarita, scientia saluatoris & sacramentum passionis & resurrectionis illius. Quod cû inuenerit homo ille negociator, Pauli Apostoli instar, omnia legis prophetarumq; vmbatica, & obseruationes pristinas, quasi purgamenta contemnit, vt Christum Iesum lucrifaciat. Non quod inuentio preciosæ margaritarum, sed quod comparatione eius, omnis alia gemma sit vilior. Chrysostomus autem inquit. Euangelicæ predicatio, nõ solum lucrum multiplex pre se fert, vt thesaurus, sed preciosa est vt margarita. Vnde rectè post parabolam de thesauro, sequitur alia de margarita. Vna quidem est veritas non partita, vt caterua hæreticorum temere profiteretur, varias sectas

**Collatio** sectus excitans. **Quam** obrẽ vna margarita adiuuenta dicitur. Quandoquidem sicut qui margaritam habet ipse nouit quod diues est, alijs verò non eque est notum, imo multoties eam manu detinet ob eius paruitatẽ.

**Nota** Ita in predicatione euangelij, qui eã retinent, sciunt se diuites esse, infideles autem hunc thesaurum nescientes diuitias nostras ignorant. Sãctus

**Iustus** Augustinus. De quæstio. Euangelij, margaritas vocat homines iustos, quos homo probus quærit, cum quibus conuersari valeat, vtiliter. Vbi verò inuenit vnum sine macula Christum Iesum, hunc quasi margaritum preciosum comparat. Preçium autẽ eius nos ipsi sumus, non quia tantũ valet, sed quod plus dare non valemus. Verum Christus nõ abs re margarita vocatur ob suum mirabilem candorem & pulchritudinem. Pulcher es tu dilecte mi, ait sponsa. Imò speciosus præ filijs hominum. **Quid** quod margarita in concha nascitur

**Canti. I.**

rore celico, & radio solari generata. Ad eandem imaginem saluator in vtero sacerrime virginis Mariæ cõceptus est virtute summi numinis operante. Vnde paranymphus Gabriel intemeratę Mariæ dixit. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et iterũ. **Quod** in ea natum est de Spiritu sancto est. O quanta solitudine, & labore opus habem⁹ charissimi, vt hoc margaritum preciosum & sole ipso fulgentius inueniamus. Sanè cum spõsa surgamus oportet, & per vicos & plateas Christum quæritantes, non quiescãmus, donec vnicam hanc gemmam nobis comparemus. Audite nunc obsecro quam sit preciosa margarita hæc Sapientia vbi inuenitur, & quis est locus intelligẽtiæ? Nescit homo precium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abissus dixit non est mecum, & mare dixit non est in me. Non dabitur aurum obrizum pro ea. nec appendetur argentum

Luce. i.

Iob. 28.

gentum in commutatione eius. Nō conferetur tinctis indie coloribus, nec lapidi sardonico precioso vel saphiro. Qui multa, notatu digna videre cupit, de hac sententia iusti viri Iob, sanctum Gregorium legat, libro 18. cap. 24. & 25. Illud vos adnotare velim fratres, quoniam sapiētia quæ Christus est, iuxta illud Pauli, predicamus Christum Dei virtutē, & Dei sapientiam, non in terra suauiter uiuentium reperitur. Non inquam in ijs qui luxui, & delitijs se dedūt, sed illis qui sponte pœnitentiam ample xantur. Nonne inter spinas rubi dominus apparuit Moyſi, & inibi de libertate populi sui locutus est? Qui non tollit crucem suam & sequitur me non est me dignus. Ecce vocat nos rex noster, & ad crucem, planctū & caluicium. Margarita hæc inter tribulos & fentes, inter clauos, & lanceas inueniri potest. Quia in cruce pendētem, tum Centurio, tum latro hanc gemmam toto mundo melio-

S. Greg.  
li. 18. mo  
ra. ca. 24

1. Cor. 1.

Exod. 3.  
Figura.

rem

rem inuenerunt.

Cæterum, vt parabole huic finem imponamus, contēnenda non est di-  
 ui Gregorij expositio, quippe qui  
 preciosam margaritā, quibusuis alijs  
 quāuis bonis cōparandā, testatur dul-  
 cedinem Dei fore. Profecto cælestis  
 vitæ dulcedo, tam est vehemens, vt  
 qui semel eā degustauerit, omnia mū-  
 di oblectamenta pro nihilo pēdeat.  
 Imo quod pulchrescit in hac labili,  
 atque fugaci vita, rerum reputat ac  
 deforme. Quorum fratres mei viri  
 sancti desertum scalens perebant, in  
 cauernis terræ degebant, nisi suauitate  
 Dei allecti, & prorsus attracti?  
 Qui cælestis vitæ dulcedinem in quā-  
 tum possibilitas admittit perfecte gu-  
 stauerit, eā quæ in terris amauerat li-  
 benter relinquit, solo vitæ candore  
 delectatur. Sola ea ipsum iuuat, & ex-  
 tra hanc aliud nihil quærit, sed con-  
 tēnit mundana omnia. Hæc sanctus  
 Gregorius. Quandoquidem fratres  
 alio non expectat, quod regalis pro-

S. Greg.  
dulcedo  
Deimar  
garitact

S. Greg.

pheta dulcedine Dei raptus dixit:  
 Psal. 30. Quam magna est multitudo dulcedi-  
 nis tuæ. Quam abscondisti timentibus te. Haud quæta sit subindicat, sed  
 magnã esse ostendit, eo quod omnis  
 lingua rudis & balbutiens est, ad de-  
 lectiones mûdas spiritus exprimē-  
 dum. Quã magna est multitudo dul-  
 cedinis itta domine. Velut stupefa-  
 ctus loquitur, quia inenarrabilis est,  
 ac proæsus ineffabilis dulcor ille diui-  
 nus, mãna mellitum, quod nento  
 nouit, nisi qui accipit. Quam obrẽ  
 inuitat nos in alio psalmo & clamat  
 Apoc. Gustate & videte, quoniã suauis est  
 dominus. Gustate vos charissimi, vt  
 Psal. 33. videre valeatis, quam delectabile, &  
 vehemēter amabile sit Deo oprimo  
 inferuire, eũ que toto pectore amã-  
 re. Tunc niffallor corde, & ore cla-  
 mabitur. Omnia ossa mea dicēt, quis  
 Ps. 34. similis tui domine? Magnificus in  
 sanctitate, faciens prodigia. Tunc in  
 quam cũ spõsa dicetis. Meliora sunt  
 Canti. 1. vbera tua vino, fragrantia vnguentis  
 opti

optimis; Quo vino meliora sunt vbe-  
 ra Christi Iesu fratres? Nempe illo  
 quo meretrix impudica inebriat ci-  
 ues omneis Babilonis, vt more por- Apo. 17  
 corum viuentes, lutulentis illecebris  
 vacent, dulcedine Dei spreta. Nõne  
 legio illa demonum orabat obnixè Marc. 5.  
 Christũ. Mitte nos in porcos, si hinc  
 nos eijcis? Sanè hoc animal, tãquam  
 immundum ab altari domini arce-  
 batur, eo quod spurcos demones  
 presignet, vt pulchre diuus Bernar- S. Bern.  
 dus adnotat, sermone de sancto Bene-  
 dicto Ecce vinum vel potius venenũ  
 letale, quo meliora sunt vbera spon-  
 si. Et rursus in canticis spõsa ait. Me-  
 mores vberum tuorum super vinum  
 O nimũ felix qui inter brachia spõ-  
 si requiescit, dicens. Leua eius sub ca- Canti. 2.  
 pite meo & dextera illius amplexabi-  
 tur me. Cauete charissimi, & vigilate  
 nam mundus vndique se ingerit, cũ  
 consolationibus, imo cum desolatio-  
 nibus suis obseruat aditus. Per fene-  
 stras irruit, mentem occupat, sed nõ

*In festo sanctæ Monica.*

eius quæ ait. Renuit cõsolari anima  
Psal. 76 mea. Memor fui Dei, & delectatus  
sum, & exercitatus sum; & deffecit  
S. Bern. spiritus meus. Vbi diuus Bernardus.  
ser. 6. ascensionis. Animum seculari-  
bus desiderijs preoccupatum delecta-  
tio sancta declinat, nec misceri pote-  
runt verã vanis, æterna caducis, spiri-  
tualia corporalibus, vt pariter sapias  
quæ sursum sunt, & quæ super terrã.  
Atqui sanctus Basilius explicãs illud  
proverbiorum. Fili mi comede mel,  
& tuæ fauces dulcedine compleãtur.  
Sic inquit. Figurate mel diuinam do-  
ctrinam nominat, vt ait psalmista.  
Psal. 118 Quam dulcia faucibus eloquia tua,  
super mel ori meo. Per hãc monitio-  
nem spiritualem animæ gustum in-  
stituens. De quo dicitur gustate & vi-  
S. Basil. dete, quoniã suavis est dominus. En  
hom. 2. fratres vbi diuina dulcedo potissime  
inuenitur, nempe in verbo Dei, vn-  
de scriptum est. Anima mea liquefa-  
cta est, vt dilectus locutus est. Siqui-  
dem, vt cera ignis calore liquefcit,  
Canti. f. sic

*Declamatio terdecima.*

292

sic mens nostra humilitate fulta igni-  
tum verbũ Dei audiens, fieri non po-  
test, quin dulcedine interna liquefiat  
Sed quia de hac suauitate spiritali, in  
secunda declamatione celeberrime  
festiuitatis Spiritus sancti latius tra-  
ctauimus, nunc sit satis. Scite nãque  
philosophus dixit delectatio tenet  
operantem in opere. Non ergo quis  
scandescat, si non nihil in contẽpla-  
tione huius margarite immorati su-  
mus. Enimuero maximè omniũ de-  
lectat, de dulcedine summi numinis  
loqui. Iam terriam parabolam expli-  
cemus.

Nota

Sagena vt vult sanctus Hierony-  
mus, euangelica predicatio est, quip-  
pe quã apostoli ex veteri, & nouo te-  
stamento contexerunt. Vt Hieremie  
vaticinium adimpleretur. Mittã eis  
piscatores multos, & piscabũtur eos.  
Huc tendit quod dominus Petro &  
Andree dixit. Venite post me, & fa-  
ciam vos fieri piscatores hominum.  
Mare magnũ in quo repilia non est

S. Hier.

Hier. 16

Mat. 4.

numerus, mundus hic est. Et quidē recte mare appellatur, primo ob illi<sup>9</sup> incōstantiam, deinde propter imminens periculum. Quid obsecro tā instabile, aut periculosum quā mūdus presens? Enimvero quantumcūque tranquillus videatur mūdus, semper expectanda est tempestas. In eo sursum ac deorsum omnia iactantur, imo in hoc seculo scandala innumera quotidie insurgunt. Dicēte domi-

*Matt. 18* no. Veh mundo à scandalis. Necessē est enim, vt veniant scandala. Veh tamen illi per quem scandalum venit. Alioqui si omnia secundum ordinē fierent in hac vita, non terra sed celū esset. Diuites deuorant pauperes, potentes opprimūt minus fortes, adeo vt propheta ingemiscens clamaret.

*Abac. 1.* Domine quare vides & races, cōculcantē impio iustiorē se? Habet diabolus suos piscatores, tyrannos hereticos, & sceleratos homines. Habet & suam sagemam, qua superbos, auros, & luxuriæ deditos pertrahat. Vnde

de scriptū est. Et facies hominis quasi pisces maris, & quasi reptile nō habens principem. Totū in hamo subleuauit, traxit illud in sagemam suam, & congregauit in rete suam. Propter hoc expandit sagemam suam, & semper interficere gentes non cessat. Eni quā sit ampla sagemam diaboli, quā plurimos piscatur homines, qui tāquā pisces rationis expertes, hac, & illac per varia scelera volutantes pereunt. At contra, piscatores euāgelici, quales sunt concionatores & prelati veri Dei cognitionem habent vt possint semper homines instruere, & cōtradicentes arguere, parati reddere rationem omni poscenti, veluti Petrus admonet. Hæc itaque sagemam omnes tam bonos quam malos cōgregat, quia neminem excludit lex euāgelica. Deus vult omnes saluos fieri, & ad cognitionem veritatis peruenire. Planē qui est pro omnibus mortuus, omnibus vitam impertire cupit. Non utiq; est personarum acce-

*1. Pet. 3.*

*Act 10.*

ptor Deus. Ve autē illis qui rete scindunt, ad suos pranos affectus sacram scripturam detorquentes. Mira res, quamuis pij in hoc reti sint, in mari huius mundi degunt, & ideo calamitates patientur plurimas. Si me persecuti sunt, & vos persequentur, ait dominus. Non plane seruus maior est domino suo. Extrahetur rete, numero fratrum adimpleto, ceu in Apocalipsi scriptum est. Tunc plenitudo gentium intrabit, & omnis Israel saluus fiet, teste apostolo. Angeli autē qui sunt administratorij propter eos qui hereditatem capiunt salutis ministerio suo fungentes, impios à pijs separabunt, quæ separatio damnatio certissima est. Vasa in quibus locandi sunt iusti, angelorum choros intelligamus. Nam in domo patris cælestis, mansiones multe sunt, eo quo Deus unicuique reddet iuxta opera sua. Malos verò foras mittent angeli, quoniam palmes abscissus mittetur in ignem æternum & ardet. Ite male dicti

Apo. 6.

Rom. 10

Ioan. 14

dicti in ignem æternum. O valde timenda sententia, quotus quisque nostrum est, qui hoc audiens non expauescat? Profecto, ni saxo duriora sint pectora nostra, post hac toto corde reuertamur ad dominum, austerimam penitentiamque agamus oportet. Deinde ad apostolos se vertens dominus illos interrogat.

Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei Text. etiã. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

Rogat an intelligant quæ dicta sunt recedentibus turbis, vt exacte Chrysostomus notat, quia non sat est verbum Dei audire, nisi illud intelligamus, altiusque cordi nostro inscribamus. Cum Dauide dicentes. In corde meo abscondi eloquia tua. Cur ita? Verum, vt non peccem tibi. Beatus qui legit & intelligit verba prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea dicta sunt, ait Ioannes in sua Apocalipsi. Ecce scop-

Psal. 118

Apoç. 1.

pus in quem tendit predicatio quā  
audire affectatis, vt intelligentes, ope  
re legem Dei impleatis. Dicunt ei  
etiam. Quod nisi lumine gratiæ illu-  
strati, ipsi non potuerunt. Profecto  
parabole suapte natura, nō nihil ob-  
scuritatis habēt, sunt verba egnimari-  
ca. Cæterū scribas doctos vocat apo-  
stolos, qui que de thesauro suo noua  
& vetera proferebāt, ita vt quicquid  
de euangelio predicabant, vocibus  
comprobabant prophetarum. Erāt  
sane perinde atque notarij saluato-  
ris, teste Hieronymo. Huc pertinet  
quod in cāticis legimus. Omnia no-  
ua & vetera seruauī tibi dilecte mi. Sā-  
ctus Augustinus li. 20. de ciuitate. sic  
ait. Non dixit vetera & noua, quod  
vtique dixisset nisi maluisset merito-  
rum ordinem seruare, magis quam  
temporum. Manichei etiam dum so-  
la Dei promissa noua tenere se arbi-  
trantur, remanēt in vetustate carnis,  
& nouitatem inducunt erroris. Sed  
iam concionator verbi dei intelligat  
quod

quod saluator non quātulacūq; sciē-  
tia contentus est, sed thesaurū in pre-  
dicatore requirit. Deinde thesaurus **Dogma**  
suis sit, quod sit quādo orationibus  
ieiunijs, & studio frequentī scientiā  
sibi comparāt. Equidem quod cor-  
de non amo, meum non est. Ideo o-  
portet affectu comparare hunc the-  
saurum, alioqui memoria erit, non  
perinde volūtatis. Præterea, vt pater  
familias erga omnes se habeat, cum  
apostolo dicens. Vos diligo in vice-  
sibus Iesu Christi. Et iterum. Quis  
infirmatur & ego nō infirmor? Quis  
scandalizatur, & ego non vror? Qui  
ergo sic docuerit, fieri non potest  
quin commodū magnū animabus  
prester. Noua & vetera proferat, pro-  
phetas & euangelium explanet, nā  
teste Ezechiele nubes impleuit do-  
mum domini, eo quod lex illā um-  
bram habebat futurorum. Sed attri-  
plendore glorie domini repletū fuit  
id est doctrina euangelica in ecclesia  
luxit. Quid plura? Sonitus alarū che-  
rubin

Nota

Canti. 7

S. Aug.

Hæretici

Eze. 10.  
Figura.



rubin qui in templo erant audiebatur usque ad arrium exterius, que sancta Romana ecclesia est. Et hucusque de lectione euangelica.

SECUNDA PARS DECLAMATIONIS, de vita immaculata sancte Monice,

Pro sancta Monice.



MIMILE est regnum celorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo abscondit. Et pro gaudio illius auisit, & vendit vniuersa quae habet, & emit agrum illum.

Iam ratio ipsa deposcit fratres, vt in hac solenitate sancte Monice, matris doctoris eximii sancti Augustini aliqua, de eius mirabili sanctitate, de que illius heroicis virtutibus, in laudem Christi Iesu qui eam sic euexit, sic mirabiliter sublimauit recenseamus. Enimuero charissimi, tam donis caelesti-

caelestibus dominus omnipotens, sua gratuita dignatione ancillam suam decorare decreuit, vt nedum linguae meae ruditas, & imbecillitas de ipsa loqui pertimescat, sed quatuuis scientia quis polleat, & perpolito sermone S. Monice abundet, si tota sui intellectus indagine, vt par est, preclaras virtutes & raras huius sanctae mulieris inspicat stupefcat oportet, magnificans & gratias agens regi regum Christo Iesu, quippe qui in sancta ecclesia Romana, ita eam magnificauit. Ceterum quoniam res ita habeat, fas non erit laudes tante matris silere, ideo vel balbutientis in morem, nonnulla illius encomia narrare incipiamus. Beata Monice non modo in tenera sua aetate virginum omnium, sed in coniugio & viduitate, conjugatorum & viduarum fidelium, preclarum exemplar fuit. Itaque quibuscumque, faminis cuiuslibet conditionis & status, in speculum lucidissimum sancta Monice a Christo Iesu data est.

Inuenit

Inuenit profecto thesaurum in agro & pre gaudio abscondit illum, & abiens vendidit cuncta quæ possidebat, quo agrum & thesaurum haberet.

Prou. 31

Nonne hæc mulier fortis ea est, de qua Salomon ait. considerauit agrum & emit illum, de fructu manuum suarum plantauit vineam? Sanè nisi Christum Iesum corde toto amaret nullatenus adhuc puella lectulo relicto, ad orandum surgeret, virginales preces Deo optimo offerens, quippe quas à matre Facundia orthodoxa didicerat. Ecce ut propheta de se ipso canit, puella sancta dicere poterat, Media nocte surgebã ad cõfitèdũ nomini tuo domine. Agite & vos matres educate filias vestras, docentes, eas orare, non ludere, aut timpanizare, nec saltare in cõuiujs. Nam ut scriptum est. Si radix sancta & rami sancti. Pie matres, pias filias, & religionis christiane virtutes sectantes enutriunt. At contra matres impie sibi similes filias educant. Exemplo

Psal. 118.

Rom. 11

vobis

vobis sit Herodias cruenta vxor Philippi, quippe quæ viro suo relicto adhesit regi Herodi. Hæc impia scœmina consuluit filia suæ saltratrici, ut nõ aurum, argentumue posceret, à versuto rege magna pollicenti, sed caput Ioannis Baptistæ efflagitaret, quod heu statim obtinuit. Ecce quo tẽdũ chori puellarum, & mulierum cãtus quos sirenarum letales voces potius dicam. Mira res, quoniam procaces virgines hierosolymite gradu cõposito ambulabant, & nutu oculorũ ibãt eam obrem quam plurima dominus toti regno comminatur mala. Verba Esaiæ attẽtius audite, & altius cordibus vestris infigite. Hęc dicit dominus. Pro eo quod eleuate sunt filia Sion, & ambulauerunt extẽto collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudabant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebãt. De Nota

Pp In

In die illa hoc est captiuitatis tempore, auferet dominus ornamentū calciamentorum, torques, monilia, & armillas, in aures, anulos, & gemas pendentes in fronte, palliola, lintheamina, & vittas & thestrā. Et erit pro odore fetor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluicium, & pro fascia pectorali cilicium: nonne fratres tremenda sunt ista, & annotatu digna? Verum tot & maiora damna ex puellarum procacitate scaturiūt. Quas ob res Facūdia mater sancta, filiam suam Monicā a cunabulis orare docuit, & diu precationibus instare. Equidem laus non vulgaris ea est, quæ de Sara vxore Thobie memorie proditum fuit. Cum esset puella nūquam cum puellis ludentibus se miscuit. Sic ipsa orabat dominum dicens. Tu scis domine quia nūquā concupiui virum, & mundā seruauī animam meam ab omni concupiscētia. Nūquam cum ludētibus miscui me, neq; cum ijs qui in leuitate ambulāt partici-

Thobie.  
Oratio.  
Sarc.

participem me prebui. Quæ omnia sancta Monica vere asserere potuit. Non utique puellarum choris aderat, sed angelorum cuneis assistebat, laudes & gratiarum actiones sponso suo Christo agens. Quid multa? Sæpenumero à baiula sua verberata, eo quod absq; pedissequa frequēter ad ecclesiam conuolabat, etsi puella ob Christi amorē equo ferebat animo. Cum Dauide hilari vultu concinens Psal. Benedictus dominus, qui non amouit orationem suam, & misericordiā suam à me. Quid iam de misericordia eius erga pauperes subleuandos dicam fratres? Adhuc paruula panē de mensa parentū accipiens, in sinu suo abscondebatur, & pauperibus erogabat. Cum viro sancto Iob dicens. Iob. 31. Ab initio creuit mecum miseratio, & ab utero matris meę egressa est mecum. Quin ut infra videbimus, manū suā aperuit inopi, & palmas suas Pro. 31. extendit ad pauperes. Verum qui palmas extendit, nihil sibi retinet, imo

totum quod habet egenis largitur. Caterum sic honeste vestimētis utebatur, vt parentibus eius iubentibus vehementer contristata omnē mundi ornatū aspernabatur. O res mirabilis, senectus ei erat immēsa & veluti altera regina Hester, aiebat. Domine tu scis necessitatē meā, quod abominer signū superbix meæ, & gloriæ meæ, quod est super caput meum, & detester illud quasi pānum mēstruate. Vtinam omnes virgines nostræ tē pestatis hoc imitarētur exemplum. Quippe quas, tum Paulus, tum etiā princeps apostolorum Petrus ornare docet, nō tortis crinibus aut margaritis, sed vt decet mulieres quæ promittunt pietatem. Nempe ornatus meretricius Sathanie rete est, ad illaqueandas hominum animas, quem admodum quotidie cernimus. Faxit Deus optimus, vt cōsuetudo hæc inanis iam euanescat, quæ suggestu & diaboli artificio in dies floreat. Ecce quam modeste, atque sanctè Monica

Hest. 14

1. Thi. 2.

1. Pet. 3.

nica beatissima à teneris annis vixerit, in quam virgines omnes aspiciant oportet. Erat quidem adeo diues, & spiritalibus diuitijs ditata, in corde gerens thesaurum preciosum, Christum Iesum, vt facile omnes delicias seculi, & gaudia fugatia pessundaret. Post hæc.

Deuentum est ad nuptias, & paren S. Montes eius alto Dei consilio tradiderūt ea nupsit eam viro nobili Patricio Carthaginiensi. Non ergo vt quedā puelle minus caute, suapte voluntate virū elegit, sed parentum obedientiam seruauit magnopere summi numinis voluntatem in omnibus cupiens implere, non autem peculiarē sensum sequi. Quod nisi fallor humilitatis symbolum esse, nemo est qui ambigat. Quo attinet illud saluatoris nostri dogma. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et iterū vehementius persuadere volens rem tam proficuum ait. Descendi de cælo, nō

patricio Carthaginiensi.

Matt. 16

Pro. 21.

ut faciam voluntatem meam, sed patris mei qui misit me. Alludit ad hoc quod Salomon contestatur. Vir obediens narrabit victorias. Quandoquidem alma hæc mulier patribus obtèperando nupsit. Quam ob rem victorias precellètes obtinuit, vbi lucrata est, tum maritum, tum filium vnice dilectum Augustinū, qui errore Manicheorum seducti erant. Hinc discite vos filij morigeros vos ostendere parentibus vestris, vt mundū, diabolū, & carnem vestram triumphare valeatis. Vnde apostolus admonet. Filij obedite parētibus in omnibus. Hoc enim iustum. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mādatum primum in promissione. Vt bene sit tibi, & sis longeuus super terram. Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione. Singula magnam emphasim habēt vos mordicus tenete ea. Rursus ad Colof. scribens, eādem rem serio

Nota

Eph. 6.

Colo. 3.

se

se comendat. Sed quomodo viro suo quāuis furioso obsequium prestiterit fufius sanctus Augustinus recēset. lib. 9. confessionū. c. 9. educata itaq; pudice ac sobrie potius à te domine subdita parentibus, quā à parētibus tibi, vbi plenis annis nubilis facta est tradita viro seruiuit, veluti domino. Et fatēgit eum lucrari tibi, loquens te illi moribus suis, quibus eam pulchram faciebas, & reuerenter, atque mirabilem viro suo. Ita autem tolerauit cubilis iniurias, vt nullam de hac re cum marito haberet vnquā similitatē. Expectabat enim misericordiā tuam domine super eum, vt in te credens castificaretur. Erat verò ille prætereā sicut beneuolencia præcipuus, ita ira feruidus. Hæc diuus Augustinus vbi supra. Et quod plus admirationis habet, subinde adnectit. Sed nouerat hæc non resistere irato viro non tantum facto, sed ne verbo quidem. Iam verò refracto & quieto cū oportunum videret, rationem facti

S. Aug. li. 9. cōf.

S. Moni. māsteru do mira.

sui reddebat, si forte ille inconsideratius commotus fuerat. O insignē patientiam, & stupendam humilitatē huius prudētissimę fœminę, quippe que in corde suo versabat saluatoris mansuetudinem. Necnō ob oculos **Matt. II.** iugiter habebat mandatū illud. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Deniq; mulieres omnes, scientes quam ferocem sustineret coniugem mirabantur, & mirum in modū Deum laudabant. Quam mitis fuerit omnibus, quāque misericors erga infirmos, quos vti filios diligebat, & eis prout poterat seruebat, nullatenus dici potest. Mirabile dictū. Socrū suā susurris malarum ancillarū aduersus se irritatam vicit obsequijs, teste Augustino. Hac mira tolerantia, & oratione iugi necnō lachrimis vberimē fufis, in extrema vita maritum fuit lucrata, ita vt manicheorum versucia & erroribus abiectis, orthodoxam fidem patritius corde & ore profiteretur. Nec in eo iam fideli plan-

Li. 9 cō-  
se. ca. 9.

xit

xit, quod in nondum fideli tolerauerat, ait beatus Augustin⁹. Ecce quod apostolus asseruit, ibi impletum cernimus. Saluabitur vir infidelis per uxorem fidelem. Habent hic mulieres virate quam multa, quæ discere eas oportet, ne vt Eua maritis suis peccandi occasionem prebeant, sed contra eos lucrentur Christo. Veh illis qui vt infelix Iezabel viros suos precipitare faciunt. Fælices autē quę sicut humilis ac prudens Abigail precibus & obsequijs, indignationē David auertit, ne Nabal superbis occidatur. Talis fuit prudentissima Monica, cui Christus rex regum verus David manu fortis ait. Benedictum eloquium tuum mulier sancta, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & visciscerem me manu mea. Nisi cito venisses nō remansisset maritus tuus. Vade in pace. Quid multis immoror fratres? Certamine hoc finito, & victoria de marito adeptā, bellum ingēs adhuc

1. Re. 25.  
Figura.

Pp 5 reman-

remanſit, quoniam filius eius Auguſtinus errore patris ſui infectus Manicheorum impiam ſanctam mordicus tenebat, inani philoſophia tumens.

De viduitate  
ſanctæ  
Monicæ

Orbata iam marito ſuo, vidua hæc benedicta Monica quæ ſanctè vixerit fidelibus viduis magnum relinquit exemplum, palam facit diuus eius filius & egregius eccleſiæ ſanctæ doctor Auguſtinus. li. 5. confeſſionum ca. 9. ait enim. An verò tu Deus miſericordiarum ſperneres cor contritum, & humiliatum vidue caſte ac ſobrie frequentatis eleemoſynas, obſequentis, atque ſeruientis ſanctis tuis, nullum diem prætermittentis oblationem ad altare tuum? Bis quidē in die, mane & veſpere ad eccleſiam tuam ſine vlla intermiſſione veniebat. Nō ad vanas fabulas, & aniles loquacitates, ſed vt te audiret in tuis ſermonibus, & tu illam in ſuis orationibus. Huic ne tu illas lachrimas quibus non à te aurum argentūve petebat, nec aliquod

Nota

aliquod mutabile, aut volubile bonū ſed ſalutem filij ſui, tu cuius munere talis erat contēneres, & repelleres ab auxilio tuo? Nequaquam domine. Imo verò aderas, & faciebas ordine quo predeſtinaueras eſſe faciendum Abſit vt tu falleres eam in illis viſionibus, & reſponſis tuis, quæ iam cōmemoravi, & non commemoravi, quæ illa fideli pectore tenebat, & ſemper orans tãquam chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris enim, quoniam in ſeculum miſericordia tua, eis quibus omnia dimittis debita, etiam promiſſionibus tuis debitor fieri. Hæc ille. Nunc vidue quæ vere vidue ſunt & deſolatæ diſcāt, in hac celebri & præcellenti vidua, quomodo operibus ſanctis vacent, ad eccleſiam confugientes præcationibus aſſiſtant, hominum tumultū horreāt, inopes pro virili ſua conſolari ſtudeant. Anna filia Samuelis vidua, nō diſcedebat de templo die ac nocte ieiunijs, & orationibus dedita, vt teſtis

Vidue  
attendat

eſt

Luc. 2. est Lucas. Eam ob causam, puerum Iesum filium Dei meruit videre, adorare, & multa de illo prophetare. Verum huiusmodi vidue duplici honore digne sunt, teste Apostolo. Atque postquam luxuriate fuerit nubere volunt, opprobrio habeantur ius est. Cæterum vidua pia Monica lugens filium suum Augustinum mortuum, vocem illam valde suauem ex ore benedicto Christi meruit audire. Mulier noli flere. Perinde dicat. Hunc quem tot erroribus obuolutum defles, ego suscitabo, & nedum fidelē & catholicum eum efficiam, sed doctorem egregium, & hæreticorum malleum, atque flammeum gladium in sancta ecclesia mea ponam. Quid est obsecro dicere adolescens tibi dico surge, nisi Augustino sub sicu prostrato & ingemiscenti precipere, Augustine tolle lege? O vere laudibus immortalibus efferendam matrem, quæ tam illustrem triumphum obtinuit. Judith vidua sancta gladio Holofernem versutum occidit

occidit, & sic ciuitatem suam Bethu-  
liam liberauit. **B**eata Monica orationis ense, & lachrimarum iaculo tantum maritum, quam filium suum Deo lucrata, nullius sanguinem effudit, sed diaboli potentiam mirabili virtute destruxit. Dicebant sacerdotes, & omnes ciues Bethulie, & consona voce laudes vidue illius personabant dicentes: **B**enedicta tu filia à dño, præ omnibus mulieribus super terram. **B**enedictus dominus qui creauit cælum & terram, qui te hodie magnificauit, ut laus tua non recedat de ore hominum. **R**espondit omnis populus. **F**iat, fiat. **Q**uæ uerba omnes orthodoxi, in laudem gloriosæ Monicæ decantare poterunt. Nempe uiriliter ipsa egit, confringens capita Draconis in aquis lachrimarum suarum. **Q**uipe qui, tum maritum patricium, tum etiam filium Augustinum, manicheorum dogmatibus captiuos tenebat, & tot erroribus circumuallatos diu, noctumque acerbissime infestabat. Denique dum apud

*Judit. 13*



ostia tyberina valde dulciter cū filio suo loqueretur, de æterna sanctorum vita vilesceretque mūdus inter verba cum delectationibus suis, tūc illa ait Augustino. Fili quātū ad me attinet, nulla re iam delector in hac vita. Cum mulatius hoc mihi Deus meus prestitit, vt te etiam contemptra felicitate terrena seruum eius videam. Quid hic facio? Cur hic sim nescio, iā consumpta spe huius seculi. Mira res, non multo amplius decubuit febribus, ita vt die nono egretudinis 60. anno etatis suæ, anima illa religiosa soluta est, dicēte sponso suo Iesu, Veni de libano sponsa mea, veni de libano, & coronaberis. non lauro palma que marcescenti, sed honore felici, & gloria cęlesti ac sempiterna. Quam nobis impertire dignetur saluator noster qui cū patre & Spiritu sancto viuit & regnat per secula. Amen.

*Finis huius libri, Laus Deo semper  
& vbiq̃.*

**C**Hristo Iesu aspirante candide Lector, & illius gratia nos roborante, declamationes hæcæ perfecimus, euangelia dominicarum omnium ad pētecostem vsq; , pro modulo nostro explicantes. Faxit Deus optimus maximusq̃ , vt alia euangelia quæ in dominicis post pentecostem leguntur exponere valeamus. Idq; facere haud difficile erit, si tuis orationibus fragilitas nostra fuerit adiuta. Et quā optime vale.

SO COMPLVTI. OS  
*Excudebat Andreas de Angulo.*

*Anno. 1570.*

